DE
CONFORMATIONE
NOVI TESTAMENTI CRITICA,

QUAM

CAR. LACHMANNUS EDIDIT,

COMMENTATIO I.,

QUA AD ORATIONEM,

QUAM

THEOLOGI EVANGELICI PROVINCIAM

IN ACADEMIA LUDOVICIANA

RITE SUSCEPTURUS

IDIBUS NOVEMBRIBUS HORA XI. HABEBIT,

BENEVOLE AUDIENDAM

HUMANISSIME INVITAT

Carl Friedrich August

DR. C. F. A. FRITZSCHE.

GIESSAE.

TYPIS GEORGII FRIDERICI HEYERI, patris.

MDCCCXLI.

1872, Feb. 29.

Minot Fund.

$0.20 gold.

Conformationem Novi Testamenti criticam, quam Carolus Lachmannus, vir multis modis de litteris praeclare meritus, Berolini a. MDCCCXXXI edidit, Lueckius tantopere admiratus est, ut amico suo, quod N. T. crisin emendasset, utique gratias a Theologis agendas esse amice diceret *). Quod judicium verum non esse diligenter examinata Lachmanni editione cognovi. Itaque quidnam mihi de Lachmanni recensione videretur censor libri Lachmanniani ingenue atque ita exposui, ut sententiam meam et argumentis confirmarem et exemplis illustrarem **). Docui autem neque consilium Lachmanni neque rationem, qua id exsequutus sit, recte a quoquam probari. Nam *mechanicam* virum doctum crisin factitasse: hanc vero *nullam* crisin esse, quum ipso crisis vocabulo admoneamur, critico esse *judicandum*. Deinde Lachmannum multis locis sibi non constitisse ostendi. Tum imparatum eum ad N. T., cujus ingenium parum nosset, accessisse saepeque in eo constituendo negligenter neque perite et acute versatum esse demonstravi. Denique quorum hominum usibus Lachmanni opus accommodatum esset me intelligere negavi. Hanc censuram Lachmanno ingratam fuisse ex iis apparet, quae ad-

*) Vide Studien und Kritiken 1831. p. 897: „Ich wiederhole daraus (aus der ausführlicheren Anzeige des Werkes in den Götting. gel. Anz. 1831. St. 67. und 68.) nur, dass die Theologen alle Ursache haben, dem Philologen für *diess in der n. t. Kritik wahrhaft reformirende Werk* zu danken.“

**) Confer die Hallische Allgem. LZ. 1833. N. 52—54. et die Kritische Predigerbibliothek von Roehr tom. 14. fasc. 3. p. 445—477.

versariis in libro: theologische Studien 1835. p. 571. objecit. Perhibuit eos *intelligere non potuisse*, quae Germanorum lingua usus in libro: theol. Studien und Kritiken 1830. p. 817 —845. de sua N. T. editione disputasset. Itaque latine sibi olim vernacule dicta repetenda esse; declarare igitur, *se quo exemplo libri sacri scribendi essent si excluderetur arbitrium* quaesivisse *rectaque via et certo gradu ad veritatem progredi* voluisse. Quod Lachmannus in quae crimina vocatus est ea sic propulsare studuit, ut adversariis inertiam exprobraret, id neque olim me ut causam meam defenderem incitavit, neque nunc ut Lachmanni crisin examinarem movit. Quamquam enim Lachmanni vernacule scribentis turgidum, quo nonnulli Schleiermacheri imitatores nunc utuntur, dicendi genus est, tamen quae a. 1830. l. c. Germanorum lingua de sua N. T. editione scripsit ejusmodi sunt, ut a quovis non plane retuso homine intelligi possint nosque viri docti mentem non ita reconditam percepisse, censurae nostrae docent. Praeterea ambitiosa, quam rectissime spernas, pertinacia est, si quis voluntatem suam in re planissima ab adversario intelligi non potuisse suam in illum culpam derivaturus dictitet. Quin longe aliis rationibus ducti Lachmanni crisin nostro examini iterum subjicere decrevimus. Nam quum, quemadmodum Winerus grammaticam N. T. disciplinam condidit, ita nobis criticas de N. T. leges ferre easque in artis formam redigere in animo sit, consilii nostri rationes postulant, ut eorum Criticorum sententias redarguamus, quos falli judicaverimus. Quod autem Lachmannum primum, quam Griesbachium, Matthaeium aliumve impugnare maluimus, eo factum est, quod Lachmanni crisin vel doctos interpretes nuper decepisse et in gravissimos errores induxisse vidimus. Qui codicibus, quos Lachmannus sequitur, nihil perfectius aut emendatius fingi posse opinati certissima librariorum vitia turpissimasque interpolationes cupide et argute defenderunt. Quantum hic error ad depravandos N. T. libros possit, Tischendorfius, doctus juvenis, sed rei, quam suscepit, nunc quidem prorsus impar, Novo Testamento, quod ab se videlicet *recensitum* Lipsiae 1841. 4. edidit, nuper docuit. Itaque ut injuriis, quae libris sacris inferri coeptae sunt,

modum statueremus, Lachmanni crisin nostrae censurae hic subjiciendam esse putavimus.

Disputatio nostra erit bipartita. Primo enim leges criticas, quas sibi Lachmannus imposuit consiliumque ab eo captum ponderabimus; deinde Lachmannum quum leges suas nunc sequeretur nunc violaret Novum Testamentum incredibilem in modum depravasse textuque recepto multo pejorem textum conglutinasse idoneis exemplis planum faciemus. Ceterum Lachmanni consilium et regulas ejus criticas sic afferemus, ut virum doctum loquentem inducamus.

LACHMANNI CONSILIUM.

„Levis et omnium Criticorum, qui seculo XVIII. vixerunt, uno excepto Rich. Bentlejo, et ipsius Griesbachii crisis fuit. Qui nixi editione Elseviriana (anni 1624.), quae e paucissimis et satis recentibus codicibus, e versione vulgata et scriptis nonnullorum non accurate editorum Patrum hausta est (v. Griesbachii N. T. I. Prolegg. p. XXXVII. ed. Schulz), nihil praestiterunt, nisi quod nonnulla textus Elseviriani vitia correxerunt. Griesbachius an idoneae causae poscerent, ut *lectio Elseviriana mutaretur*, quovis loco anquisivit. Ita qui caute et modeste agere voluisset in temeritatis crimen incucurrit. Incauti est enim non mutare lectionem male testatam. Quin an graves rationes postulent ut *lectio optime testata rejiciatur*, id quaeritur. At vulgares Critici quum lectiones Elsevirianas non minus bene testatas esse quam scripturas ab iis discrepantes pro sua levitate sumsissent, si quae variantes lectiones graviores visae essent continuo *internis* argumentis vera a falsis dijudicarunt. Nihil vero ad Criticum, utrum lectio gravis sit, an levis *). Imo in textus Elseviriani male testati locum textus, qui quarto seculo maxime vulgatus erat, substituendus est, ita ut e plurimis illius aetatis subsidiis criticis simpliciter transscribatur, non qualis ille tum temporis fuerit in codicum dissensu *internis* argumentis constituatur **). Hoc ego editione mea

*) cf. Studien und Kritiken 1830. p. 820.

**) cf. ibidem p. 820. „Nur diese seine auf nichts anders als Ueber-

stereotypa N. T., ut *ecclesiae* consulerem *), praestare conatus sum. Mea crisis *historica* est: investigo quovis loco *antiquissimam* et *maxime divulgatam* aut *in plurimis codicibus* inventam lectionem **) eamque recipio, sive vera sit sive falsa, sive intelligi possit, sive nullum sensum fundat, sive graecum verbum, sive verbi monstrum contineat. Genuinas et a scriptoribus s. profectas lectiones nihil curo. Mea ars in *numerando*, non in *judicando* versatur. Si plures lectiones aeque antiquas et vulgatas esse cognovero, in eodem mihi numero et honore sunt pariterque dignas esse judico, quae in verborum ordinem recipiantur. Et incertam loci scripturam antiquitus fuisse eo indicavi, quod duarum aeque testatarum lectionum alteram recepi, alteram in margine posui. Contra lectiones ab antiquitate testiumque multitudine minus commendatas repudio, etiamsi fortasse verae et genuinae sint. Sed meam codices numerantem crisin eorum criticae arti, qui genuinas lectiones *judicando* eruere student, officere ne quis credat. Imo *arithmetica* mea crisis *judicantes* criticos egregie adjuvat. Docent enim hiulcae, ineptae sensuque destitutae lectiones, quas recepi, his Criticis locos corruptos, qui eos fortasse praeterirent, minus attentos, quum editionis Elsevirianae lectiones aut non multum, aut nihil offensionis habere vidissent ***). Ceterum *historicae* meae crisis auctorem R i ch. B e n t-

---

liefertes gegründete Herstellung der ältesten Lesart, durchaus aber nicht die auf innern Gründen beruhende Kritik habe ich mir zur Aufgabe gesetzt —. Die Feststellung eines Textes nach Ueberlieferung ist eine *strenghistorische* Arbeit —."

*) cf. ibid. p. 845. „Hätte ich meinen Ruhm gesucht, und nicht vielmehr zu leisten getrachtet, was mir für die *Gemeinde* wünschenswerth und erspriesslich scheint, so hätte ich vielleicht anders gearbeitet —."

**) cf. ibid. p. 826. „— und ich bin, wie gesagt, gar noch nicht auf die wahre Lesart aus — —, sondern nur auf die *älteste unter den erweislich verbreiteten.*"

***) cf. ibid. p. 839. „Ich gebe sogar zu, oft hat mein Text Fehler, wo die recepta wenig oder keinen Anstoss giebt: aber das ist der Vorzug meiner anstössigen Lesarten, dass sie *der Kritik das Zeichen zur freien Wirksamkeit geben, wo sie von dem täuschenden Schein der gewöhnlichen leicht verblendet wird.*"

lejum profero, summum Criticum, sed Theologis et Philologis in crisi Novi Testamenti superbe spretum, vel quoniam puerilibus vulgi de Bentleji crisi opinionibus ducti essent, vel quod non omnes quae Bentlejus de crisi N. T. scripsit tam attente legissent, quam ego, qui me criticis studiis, quibus Novo Testamento prodessem, applicuissem legi. Itaque mihi placeo, quod viam a Bentlejo initam repetere ejusque consilium si non exsequi, certe ad effectum adducere *incipere* mihi contigit *). Accedit, quod operis mei ratio Schleiermachero probata est **).

CONSILII A LACHMANNO CAPTI CENSURA.

Crisis, quum a *judicando* dicta sit, ars, — verba a scriptoribus posita a vocabulis, quae iis error, negligentia, mala sedulitas, malitia vel addiderunt vel supposuerunt recte dijudicandi vocatur. Indigna est igitur *crisis* appellatione *historica* crisis Lachmanni, quippe ab judicando plane sejuncta, in *numerando* et *computando* unice occupata. Quilibet hoc facere potest, ut quae lectio quovis N. T. loco antiquitus maxime vulgata fuerit e criticorum subsidiorum, quibus insit, numero eruat erutamque textis inferat, nisi utrum linguae legibus et scriptoris consilio respondeat an repugnet simul consideret. Nihil ad hanc rem requiritur, quam ut scias quod tempus unumquodque subsidium criticum pepererit et quum codices recte computaveris eam lectionem, quam in plurimis summae vetustatis codicibus inveneris, adoptes. Unusquisque, inquam, huic arithmetico negotio par est: Critico, qui id recipiat, non indigemus. Deinde labor a Lachmanno in istam rem insumtus *inutilis* est. Scio *diplomaticam* crisin, quae a nonnullis Philologis nunc mirifice extollitur, virum doctum exercere voluisse, quae expulsis conjecturis lectiones antiquissimis et optimis codicibus comprehensas in verborum ordine collocat, ut hoc nixi fundamento Critici tanto certius corrupta corrigere, interpretes obscura dilucidare possint. At in N. T. ex apparatu critico quisque intelligit, quam lectio-

*) cf. ibid. p. 820 et 821.

**) cf. ibid. p. 817 et 1835. p. 572.

nem unoquoque loco antiquissimi testes commendent. Novi autem, quod nesciremus, nihil attulit Lachmannus. Vetustissimorum codicum collationes iis, quibus vulgo utimur, meliores non possedit: corrupta antiquissimorum Patrum loca non emendavit: errores, qui ex falsâ eorum interpretatione manarunt, non correxit, quippe qui paucissimos tantummodo hîc illîc contulisset. Enimvero, inquit, in male testati textus recepti locum textus antiquus seculi quarti substituendus est. Primo textum Elsevirianum tam male, quam Lachmannus opinatus est, testatum esse nego et pernego. Sed ut pessime testatus sit et saepissime satis recentes lectiones habeat, perinde est, utrum Criticus in refingendo N. T. textu Elseviriano, an textu seculi quarti fundamento utatur. Sive Criticus quaerat, an ut *textus Elsevirianus mutetur res et veritas postulet*, sive *an lectio antiquissima respuatur gravissimae causae poscant* anquirat, res eodem loco est. Certe Criticum omnibus variantibus lectionibus diligentissime excussis eam scripturam amplecti oportet, quam genuinam esse idoneis argumentis evincat. At fuerunt leves et negligentes Critici, qui ad vetustas easque optimas lectiones saepe non attenderent, recentes et malas textus recepti scripturas temere propagarent. Utile est igitur, textum ex antiquissimis codicibus concinnatum seorsum edi, quo illi a socordia deterreantur. Odi levitatem et inertiam eamque detestor: sed vereor, ne qui pro sua negligentia ab se non impetrent ut vetustas lectiones in apparatu critico notatas diligentissime expendant Lachmanni textu ab inertia non avocentur. Inconditas autem et pravas lectiones, quas Lachmannus recepit, Criticis locos corruptos indicaturos esse minime dixerim. Hi enim tali admonitione non egent. Nempe iis diligentissima N. T. Patrumque eccles. lectio et accuratissima variantium scripturarum dijudicatio corruptelas ostendit. Idiotas, qui apparatum criticum neque possident neque umquam viderunt, inconditus Lachmanni textus delectare potest; sed hi depravata N. T. loca, nunquam, opinor, emendabunt. Est autem nobis textu recepto, ad quem tot codices collati et tot editiones exactae sint, pro fundamento in crisi N. T. etiam in posterum utendum, ne summa in disciplina critica

perturbatio, in schola confusio, quum alii alias easque dissimillimas editiones possideant, consequatur. Et qui antiquissimorum codicum textum admirantur, illud expendant, haec subsidia non solum vitiorum expertia non esse, verum etiam certis quibusdam vitiis, ut scribarum erroribus, verborum omissionibus et transpositionibus, interpolationibus scatere. Scilicet pleraque eaque longe gravissima vitia tribus vel quatuor primis seculis in N. T. codices irrepsisse ostendi potest. Itaque si *diplomaticam* crisin factitare tibi placuerit, ex antiquissimis codicibus textum Elseviriano multo inquinatiorem concinnabis; sin vetustissimorum subsidiorum fundamento usus genuinam scripturam judicando eruere tecum constitueris, non minus, quam si ab Elseviriano textu profectus fueris, erit tibi laborandum. Debebat vero Lachmannus, si utique *diplomaticam* crisin in N. T. exercere et textum seculi quarti ex antiquissimis codicibus componere voluit, perite in eâ re versari, ut opus quod prodesse non posset saltem nemini obesset, h. e. manifesta scribarum vitia, aperta glossemata et interpolationes, ubicunque ex uno alterove subsidio critico, quo uteretur, corrigi possent, emendare et accurato variantium lectionum studio efficere, ne diversae lectiones temere confunderentur. Male Lachmannus Rich. Bentlejum *historicae s. arithmeticae* suae crisis auctorem fecit. Nam quum Bentlejus se in editione N. T. graeca et latina ex codicibus graecis et latinis mille annorum vetustatem superantibus, quum ex codicibus latinis ordinem verborum in graecis emendaret, ex graecis autem, qui cum latinis consentirent Latinorum lectionem et vicissim ex Latinis graeca confirmaret atque textum alterum ex altero ita corrigeret, ut per omnia consentirent, ipsum Origenis exemplar, quo vetustius atque praestantius nullum esse sibi persuasisset, repraesentaturum, emendationes autem ex conjectura in Prolegomenis propositurum esse professus esset *), in promtu est, eum non quae-

---

*) Cf. *Η ΚΑΙΝΗ ΔΙΑΘΗΚΗ* grace. Novum Testamentum versionis Vulgatae per Sanctum Hieronymum ad vetusta exemplaria graeca castigatae et exactae. Utrumque ex antiquissimis codicibus Mss. cum graecis tum latinis edidit Richardus Bentlejus (1720).

cunque in vetustis codicibus invenisset temere textis inferre, sed *genuinum* textum, quantum posset, partim critica codicum graecorum et latinorum collatione alterorumque ex alteris emendatione, partim conjectura restituere voluisse, ut saltem se Origenis exemplar revocaturum esse speraret, multumque a *mechanica* Lachmanni crisi abhorruisse: Non solum Middletonus, capitalis Bentleji hostis, verum etiam aequi reique criticae satis periti viri, ut Wetstenius I, p. 153. sq. et Joh. Dav. Michaelis (Einl. in die göttl. Schriften des neuen Bundes T. I. p. 831 sq. ed. 4.), qui quae Bentlejus de crisi N. T. scripsit haud dubie non minus attente, quam Lachmannus, legerant, Bentlejum quum editionem N. T. promitteret totius rei, quam emendare voluisset, parum gnarum fuisse judicaverunt. Imperitiam iis aperuit, quae de Origenis exemplari dixit. Hieronymum versionem vulgatam totam accuratissime, ut ipsum verborum ordinem retineret, ex graecis codicibus emendasse falso putavit (v. Michaelem l. c.). Quod se ex vetustis codicibus *sex mille* circiter loca in textu recepto graeco et latino emendaturum esse Westenio (cf. I, p. 156.) scripsit suspiciosum est. Denique calidae et audaces Bentleji conjecturae suo viro N. T. ingenium non satis notum fuisse docent. Quod autem Lachmannus gaudio triumphat, quod Schleiermacherus institutum suum probaverit quodque hunc virum prae ceteris hortatorem et unum arbitrum habuerit, mire facit. Non obtrecto veris Schleiermacheri laudibus neque quidquam ei derogatum volo; sed simul ab eorum vanitate abhorreo, qui decora ei etiam affinxerunt mortalemque omnibus laudibus cumulatum in coelitum concilio collocarunt. Itaque libere dicam, quod ut dicatur res et veritas postulat, Schleiermacheri de crisi N. T. judicio nihil tribuendum esse. Eum parum doctum et idoneum, ne malum dicam, N. T. interpretem fuisse ejus scripta declarant, neque ea tantummodo, quae juvenis edidit (v. c. Ueber den sogenannten ersten Brief des Paulus an den Timotheus. Berlin 1807.), sed etiam ea quae paullo ante mortem evulgavit (v. Schleiermacheri commentationem de Col. 1, 15—20. insertam Ullmanni studiis et censuris 1832. p. 497 sqq.).

Crisin autem eum, quae in *verbis* N. T. restituendis versatur, feliciter factitasse nihil documento est firmeque credo critico negotio imparem fuisse virum exegetica et patristica, quae hoc tempore satisfaceret, eruditione destitutum.

LEGES CRITICAE, QUAS LACHMANNUS SIBI STATUIT.

„Quaeritur nunc, unde antiquissimus textus nobis hauriendus sit. Hic nusquam necesse esse ut auctorem Hieronymo recentiorem sequamur., qui versionem latinam ubique partim e bonis codicibus latinis, partim e graecis codicibus emendaverit, aliquis existimet (cf. Stud. und Krit. 1830. p. 822.). At his tantum, quae sensum mutare viderentur, correctis reliqua se retinuisse ut fuissent Hieronymus ipse confessus est. (Praef. in Evangg.) Itaque antiquissimus maximeque pervulgatus textus e vetustorum codicum graecorum, veterum translationum et antiquissimorum Patrum consensu constituendus est. (cf. ibid. p. 824.) Haec subsidia critica in *duas* classes dividenda sunt, orientalem et occidentalem. Ad utram classem unusquisque codex referendus sit ex magna lectionum, quae ei cum ceteris ejusdem classis monumentis communes sint, multitudine aestimandum est. Male enim e nonnullis lectionibus quale utriusque classis *ingenium* fuerit definire coneris, ut Griesbachius fecit, qui edixit: *grammaticum egit alexandrinus censor, interpretem occidentalis.* Quemadmodum rivuli e fonte manant, ita textus occidentalis et orientalis e *primo* textu fluxerunt. Quum vero non primam et genuinam, sed vulgatarum lectionum antiquissimam scripturam investigare decrevissem, ut imperator milites in dextrum et sinistrum cornu discedere jubet, ita ego monumenta critica ex majore lectionum, in quibus consentirent, copia in classem orientalem et occidentalem distribui, lectionesque in quibus tum utraque classis consentiret tum altera cum altera dissentiret, quippe divulgatas, dignas, quae reciperentur, judicavi, contra spernendas eas, quas tantummodo alterutrius classis monumenta testarentur, licet fortasse unice veras. (cf. ibid. p. 825 et 826.) Hanc viam ingressus *plures* saepenumero lectiones divulgatas fuisse intelligas. Hanc

codicum fluctuationem in editione *graeco-latina*, quam paro, ob oculos ponam. *Editio mea stereotypa seclusis occidentalibus lectionibus plane orientalem textum praebet.* Scilicet quum occidentales lectiones multis locis *latine*, non graece, ad nos pervenissent, aut latina verba cum graecis conflare aut latina vocabula in graecam linguam ipse convertere debuissem, quod facere nolui. Occidentalium testium dissensum orientalium consensu neglexi: *sed orientalium monumentorum dissensum Occidentis testimonio composui, ut quae hoc confirmata essent amplecterer.* Vocem aut enuntiationem in toto Christianorum orbe et lectam et non lectam uncis inclusi ut incertam et quae omnibus locis pariter discreparent ita indicavi, ut unam lectionem in textu collocarem, ceteras in margine ponerem paritatis signo adjecto, ubicunque aut plures essent, aut lectionis textis illatae repetitionem perspicuitas poposcisset. (cf. ibid. p. 826 et 827.) Nunc opes meas criticas magnificumque meum apparatum explicabo. Majusculis, qui orientalem textum habeant, codicibus his utor: A. B. C. P. Q. T. Z. et in Pauli epistolis fragmento codicis Coisliani 202 (H.). Codex Alexandrinus, Woidii cura typis exscriptus Londini 1786. fol., *tantum non ubique* ejusmodi est, ut Criticus eo fidenter utatur: mutilus tamen est Matth. 1, 1—25, 6. Joh. 6, 50—8, 52. Codicis Vaticani (B.) collationes a Th. Bentlejo et Birchio factae Critico minime satisfaciunt; ei autem, quâ Scholzius usus est, omnes fides abroganda est. Praeterea optimus codex Hebr. 9, 14. desinit. Reliquam hujus epistolae partem et apocalypsin manus multo recentior supplevit et epistolae ad Timotheum, Titum et Philemonem plane desunt. Multo minus Codex Ephraemi rescriptus (C.), bis a Wetstenio collatus cf. I, p. 153, qui V. et N. T. *fragmenta* continet, Criticum adjuvat. Ut multae voces evanidae rursus appareant chemica medicamenta adhibenda sunt; tum totus codex typis exaretur. Epistolarum Paulinarum fragmenta codicis Coisliani (H.), quae Montefalconius edidit, non multum quod usui sit, afferunt. Meliora sunt evangeliorum fragmenta Guelpherbitanis codicibus rescriptis (P. Q.) comprehensa, quae Knittelius ita typis exaranda curavit, ut raro dubitationi locus relictus

sit. Postremo et Borgiae fragmentis Johanneis (T.) contentos nos esse licet et fragmenta Matthaei Dublinensia (Z.) grata nobis sunt et accepta. Ita me, qui *textum antiquissimum eumque maxime divulgatum* revocare voluissem, multis N. T. locis ne *binos* quidem (A et B.) codices conferre potuisse apparet. Nam Matth. 1, 1—25, 6. Joh. 6, 50—8, 52. et 2. Cor. 4, 13—12, 6. ex *uno B.* et Hebr. 9, 15—13, 25., tum in epistolis ad Timotheum, Titum et Philemonem datis atque in Apocalypsi ex *uno A.* textum antiquissimum *eumque maxime vulgatum* haurire debui. Nempe non omnibus locis, in quibus *unicum* codicem quem sequerer habui, fragmenta C. P. Q. T. Z. H. alterius codicis jacturam resarciunt. (cf. ibid. p. 831—833.) Jam codicum orientalium inopiam diligentissima eorum Patrum graecorum collatione, qui *orientalem* N. T. textum praebent, compensare potuissem. At Clementis Alexandrini parum accurate N. T. loca citare soliti rationem habere *non ausus sum.* Genuina Athanasii scripta *mox accurate conferant qui vestigia mea persequentur.* Eusebii canonibus *tum utar, quum majorem N. T. editionem adornabo.* Alia Eusebii scripta jam contuli, sed iis *propterea non usus sum, quod ne textus corruptus esset metui.* Tantum non uno Origene usus sum: quamquam hic quoque praeclara Griesbachii de Origene scripta (v. Symb. crit. II, p. 229 sq., et Opusc. T. I, p. 226 sqq.) non ita saepe in consilium adhibui quam putares et quia ut ejus errores vitarem veritus sum et quoniam codices Origenis opera complexi non tam boni sunt, ut iis solis recte confidas. (cf. ibid. p. 833 et 834.). E *mixtis* monumentis Hieronymi versio mihi utilis fuit, quam ubicunque ab *occidentali* lectione recedit *graecorum* codicum, quos Hieronymus consuluit, scripturam continere consentaneum est. In tanta orientalium codicum penuria interdum contra *unum* codicem orientalem, si *versio vulgata* dubitationem non tolleret, *seriores et vulgares codices auxilium mihi ferre passus sum,* parum, ut ipse concedo, constanter. Semel (Apoc. 11, 4) Occidentis, Vulgatae et vulgarium codicum scripturam (ἐλαῖαι), recepi, manifestis duorum orientalium codicum vitiis (A. αὐλαῖαι, C. ἀλαῖαι) spretis. (cf. ibid. p. 834 et 835.) Transeo ad textum *occiden-*

talem. Hunc praebent in Pauli epistolis tum codex Boernerianus (G.) Matthaeii cura typis exscriptus, tum codex Claromontanus (*Δ*.). Codex Laudianus, Apostolorum acta continet (E.) non sincerum Occidentis textum, sed eum temperatum et mixtum affert. Idem valet de versione ejus latina (e.). Translationes latinas, quae genuinum Occidentis textum exprimant, hi codices habent: in evangeliis Vercellensis (a.) et Veronensis (b.), in Pauli epistolis Claromontanus (f.), Germanensis (ff.) et Boernerianus (g.). Cantabrigiensis (d.) me judice in Actis utilis, in evangeliis non semper futilis est. In Apocalypsi hic illic Primasius (h.) Criticum adjuvat, quamquam justo liberius et negligenter vertit. (cf. ibid. p. 835—837.) E mixtis monumentis praeter versionem vulgatam codex Cantabrigiensis (D.) mihi emolumento fuit, qui prima manu ex occidentali, sed a diversis hominibus interpolato et corrupto, codice descriptus est. Irenaei, Cypriani et Hilarii Pictaviensis testimonia gravissima sunt vel propterea, quod egregios codices habemus, quorum praesidio illorum Patrum textum emendemus. Sed Tertullianum attingere non ausus sum. Augustinus, si recte observavi, jam mixtis codicibus usus est. Etiam Ulfilae versio mixtum textum praebet. Idem de syriacâ translatione Griesbachio visum est: quod judicium, an verum sit, alii, qui melius possunt h. e. qui syriace sciunt, disquirant. (cf. ibid. p. 836 sq.) Quae quum ita sint in evangeliis quidem et Pauli epistolis fere semper occidentalium testimoniorum quantum satis sit possideo, sed in Apocalypsi unum testem Primasium habeo (h.), in Actis unum codicem Laudianum (E.), qui et ipse sub Actorum finem (26, 29.) obmutescit, ita ut hoc loco, nisi forte alicubi Patris ecclesiastici testimonio uti liceat, *Occidentis fluctuatio nos plane praetereat*. In ultimis Actorum sectionibus et in epistolis catholicis occidentalia monumenta, excepta versione vulgata, cujus textus *mixtus* est, *plane deficiunt* neque ibi ullum, quem sequerer auctorem habui praeter A. et B. (interdum etiam C.) et translationem Vulgatam.“ (cf. ibid. p. 838.)

LEGUM CRITICARUM, QUAS LACHMANNUS SIBI SCRIPSIT, CENSURA.

Duas monumentorum criticorum classes esse Lachmannus sumsit, orientalem et occidentalem. Vellem ostendisset. Nihil enim quo suam opinionem corroboraret, nisi hoc, longe alium textum Irenaeum quam Origenem sequutum esse, tum cum occidentalium Patrum testimoniis versiones latinas ante Hieronymum confectas et antiquissimos codices graecos cum orientalium Patrum testimoniis plerumque consentire Griesbachium demonstrasse (v. Stud. und Krit. 1830. p. 825.). In multis vero eisque gravissimis rebus Irenaeus cum Origene congruit et Patrum latinorum testimonia cum vetustissimis codicibus graecis conveniunt. Diligenter igitur et subtiliter, ut criticam suam disciplinam fundaret, in quibus potissimum rebus Irenaeus ab Origine et Patres occidentales latinaeque versiones ante Hieronymum factae ab antiquissimis codicibus graecis et orientalibus Patribus dissentirent Lachmannus docere debuerat dissensusque *causas* patefacere. Quum classem *orientalem* et *occidentalem* distinxerit in locis discrepantis textus causas sitas esse existimes. Ostendendum igitur erat, quî factum esset, ut eorum librorum, quorum autographa in Occidentem a scriptoribus missa essent (obversatur mihi *epistola ad Romanos*), exempla in Oriente ita conformarentur, quemadmodum in orientalibus monumentis conformata sint, et vicissim librorum in Oriente editorum exempla in Occidentem translata eam formam ibi induerent, quam in occidentalibus monumentis habeant. Planum est enim librorum in Oriente editorum exempla, quibus Occidentales primum usi sunt, in Oriente (in Syria, Asia minore, Aegypto) facta esse et inde in Occidentem migrasse. Hanc tantam tamque gravem rem expedire Lachmannus ne conatus quidem est. Praeterea qui textum orientalem ab occidentali indole sua differre contenderit, ut fides ei habeatur, quae utriusque textus *indoles* et *natura* sit quibusque *rem* continentibus notis alter ab altero differat demonstrare debet. Qui enim cui neutrius textus *natura* explorata sit utrum orientalem an occidentalem textum aliquis codex contineat et utrum

codex alterutrum sincerum an nonnullis alterius textus elementis temperatum afferat dicere possit? Nescit Lachmannus textus orientalis et occidentalis indolem neque operam dedit ut eam cognosceret. Quin etiam, eorum studia improbavit, qui utriusque textus naturam constituere conati sunt. Ex magna, inquit, lectionum, quae codici cum ceteris alterutrius classis monumentis communis sit, copia ad utram classem referendus sit judico. Si classium tuarum indolem et ingenium ignoras, ne *esse* quidem duas, quae discrepantem textum contineant, codicum classes fidenter affirmare potes. Nam quod esse ex magna lectionum, in quibus duo monumentorum criticorum genera inter se congruant, multitudine argumentaris, vide ne tua argumentatio ad nihilum recidat. Fieri enim potest in libris toties, quoties N. T. libri exsignati sunt, descriptis, ut vel tria aut quatuor non solum duo codicum genera quum *unum eundemque* textum praebeant in certis quibusdam rebus inter se discrepent. Ex his Lachmannum imparatum ad N. T. crisin accessisse eumque nulla suae disciplinae fundamenta jecisse apparet. Duae sunt criticorum subsidiorum diversum textum praebentes classes. Unde esse scis? Puto. Quaenam est utriusque classis *indoles* aut quibus notis altera ab altera internosci potest? Nescio nec scire laboro. Unde igitur tibi constat, quinam codices sincerum Orientis aut Occidentis textum et quinam rursus textum ex utroque conflatum habeant? Numeris variantes lectiones persequuto duae esse *visae sunt* codicum diversum textum continentes classes itemque nonnulla monumenta esse *putavi* quae textum orientalem cum occidentali confunderent.

Nunc cetera videamus.. Antiquissimum textum ex maxime vulgatis redintegrare Lachmannus constituit. Eum textum antiquissimum ex iis, qui *in toto Christianorum orbe* maxime divulgati essent, revocasse nemo non exspectet. At huic spei editione *stereotypa* non satisfecit. Ea enim textum *plane orientalem occidentalibus* lectionibus exclusis continet. Itaque nihil nisi quae quovis loco *in Oriente* maxime divulgata lectio fuerit e Lachmanni textu discas. Haud dubie enim vir doctus *plurimis* summae vetustatis monumentis orientalibus instructus eam quovis loco lectionem dedit, quam in

plerisque invenisset. Minime vero. Tam paucis usus est codicibus, ut in haud exigua N. T. parte *antiquissimam* earum lectionum, quae in Oriente *maxime divulgatae* essent, ex *unico* exemplari *eligere* cogeretur (Matth. 1, 1—25, 6. Joh. 6, 50—8, 52. et 2 Cor. 4, 13—12, 6. ex *uno B.*, Hebr. 9, 15—13, 25. in epistolis ad Timotheum, Titum et Philemonem scriptis et in Apocalypsi ex *uno A.*)! Quae res ejusmodi est, ac si quis divitiarum in summa paupertate jactator, quum se alicui praeclaras de magno suo grege lectas oves daturum pollicitus esset, tum unicam ei oviculam quam habuisset offerret. Crederes virum doctum Theologos facete delusisse, si virum gravissimum in re seria jocatum esse consentaneum esset. Qui se antiquissimum eumque in Oriente maxime vulgatum textum daturum esse professus esset, in magna N. T. parte nihil nisi *unius* codicis orientalis lectiunculam possedit summamque codicum inopiam diligenti orientalium Patrum usu quum inertiae futiles causas praetexuisset, compensare neglexit. *Clementis Alexandrini, qui N. T. loca parum accurate citaverit, rationem habere non ausus sum.* Minime ille omnia N. T. loca justo liberius, sed multa accuratissime attulit. Debueras igitur iis uti, quae eum accurate de codice descripsisse ejus disputatione iterum iterumque expensa intellexisses. *Genuina Athanasii scripta ii mox diligenter conferant, qui meis vestigiis ingredientur.* Te ipsum diligentissime conferre decuerat, textum antiquissimum et in Oriente maxime divulgatum nobis pollicitum. *Eusebii scriptis non usus sum, ne textus corruptus esset veritus.* Criticum depravata testimonia emendare oportet, priusquam ex iis argumentetur. *Paene uno Origene usus neque nisi parce egregia Griesbachii de eo scripta sequutus sum, et quia ut Griesbachii errores vitarem metui, et quoniam Origenis codices tam boni non sunt, iis ut solis fidem habeas.* At Griesbachii errores corrigere ipsumque Origenem emendare, quantum *fieri nunc posset,* debueras. Eadem codicum penuria Lachmannus in *Occidentalium* textu constituendo laboravit. Nam in Apocalypsi unum Primasium habuit, quem *negligenter et nimis libere* vertisse concessit, in Apostolorum actis codicem Laudianum, cui *non sincerum Occidentis*

textum, sed eum *mixtum* inesse dixit. Is vero Act. 26, 29. desinit. Itaque Lachmannum in ultimis actorum sectionibus et in epistolis catholicis non solum occidentalium librorum *fluctuatio*, verum etiam *lectio* latuit. Nempe *versionem vulgatam*, quam unam ibi habuit (nam A. B. C. *orientales* libri sunt) non purum, sed *mixtum* Occidentalium textum afferre dixit, Patres autem occidentales, quorum testimonia deficientes codices supplerent, non legit. Gravia Irenaei, Cypriani et Hilarii Pictaviensis testimonia se non contulisse Lachmannus subindicavit: Tertullianum attingere *se non ausum esse* aperte dixit. Tum Augustinum non consuluit, quia jam *mixtis* codicibus usus esse ei *visus esset*. Postremo cujusmodi vetus Syrorum translatio Syriace doctos homines demonstrare jussit. Nullus unquam Criticus tam imparatus totiusque rei ignarus ad N. T. crisin accessit, quam Lachmannus. N. T. codices et cetera subsidia critica in duas classes, quarum utraque suum quendam et ab alterius textu discrepantem textum praeberet precario dispescuit, orientalem et occidentalem. Nam neque *esse* has duas classes docuit neque *quibus notis altera ab altera dignosci posset* ostendit. Itaque quinam codices purum et incontaminatum vel orientalem vel occidentalem textum quique rursus textum ex utroque conflatum continerent *pro arbitrio* constituit. Nam hanc rem e lectionum, in quibus critica subsidia conveniant, multitudine judicari non posse supra monuimus. Se antiquissimum eumque *in toto Christianorum orbe* maxime vulgatum textum revocaturum professus editione *stereotypa* textum *orientalem* Lachmannus exhibuit. Nempe antiquissimum ex iis, qui a *plerisque* in Oriente receptus esset. Minime. E paucissimis enim, codicibus summum tribus, haud raro *uno* codice textum antiquissimum eumque a *plerisque* orientalibus receptum hausit! Itaque lectiones a Lachmanno receptae saltem uno alterove *vetustissimo* Orientalium codice continentur. Crediderunt hoc boni viri *), sed valde se decipi passi sunt. Primo Lach-

*) v. c. Hahnius in edit. N. T. stereotypa, quam Lipsiae 1840. evulgavit, p. XI: „Simul vero *praestantissimas* lectiones adnotandas esse censuimus, quas C. Lachmannus, qui ab omnibus

mannus orientalium codicum dissensum Occidentis testimonio composuit, ut quae hoc munita essent probaret, secum ipse discors. Certe textum inter *Orientales* maxime vulgatum redintegrare secum constituerat. A quo quum *Occidentalium* textum diversum esse putasset, male profecto quae plerisque *Orientalibus* placuissent ex iis aestimavit, quae *Occidentalibus* probata essent. Nam si, ut Lachmanno visum est, textus orientalis et occidentalis textus primitivi rivuli sunt, qui alter sine alterius interventu e fonte fluxerint temere et ex orientali textu, qualis occidentalis fuerit et ex occidentali, qualis orientalis fuerit decernas. Imo a tali principio profectum aliud Orientales, aliud Occidentales sequutos esse judicare oportet. Deinde versionem latinam ab Hieronymo emendatam, quae *mixtum* textum praebeat, ubicunque ab occidentali lectione recedat, quum ibi graecorum codicum ab Hieronymo consultorum scripturam exprimere videatur, *orientalem* textum offerre mire Lachmannus contendit (v. Stud. u. Krit. 1830. p. 834 sq.). Namque versionem ab Hieronymo emendatam adhuc quaerimus: ea tantummodo, quae *sensum* mutare visa essent, se e veteribus codicibus graecis correxisse, reliqua manere passum ut fuissent ipse narravit Hieronymus (Praef. in Evangg.), unde in lectionibus, quibus sententia non mutatur, temere ad Hieronymi auctoritatem provocari manifestum est: postremo veteres codices graecos, quos Hieronymus in consilium adhibuit, *orientalem* potius, quam occidentalem textum continuisse precario Lachmannus sumsit. Huc accedit summa Lachmanni inconstantia et festinatio. Nam qui *historicam,* quae non arte verum erueret, sed nonnisi *casu* in verum incideret (cf. Stud. u. Krit. 1830. p. 838 sq.) et apta juxta atque inepta e vetustissimis codicibus reponeret, crisin professus esset, nunc propositi sui memor turpissimas codicum suorum stribligines suscepit, nunc consilii sui oblitus, apertos calami errores et manifesta glossemata e *recentioribus* libris, quibus uti plane non debuerat,

editoribus saepissime recessit in textum recepit, *praestantissimas* dico, quippe quas *antiquissimorum eorumque optimorum codicum, versionum et patrum suffragiis comprobatas intelleximus!*" etc.

sustulit. Saepissime etiam diversarum lectionum pannos temere consuit, ut eum variantes lectiones parum expendisse appareat, atque ita saepe graeca verba interpunxit, ut eum neque scriptorum sacrorum disputationem intellexisse, neque interpretum commentarios contulisse (cf. l. p. 828.) facile intelligamus. Ita factum est, ut ecclesiae videlicet consulturus et N. T. crisin emendaturus e diversissimis libris inter duo consilia trepidans, quam nunc *vetustissimam* quamque lectionem licet ineptam reciperet, nunc scripturam amplecteretur, quam *genuinam* esse *interna* argumenta docuissent, tam foedum tamque inquinatum N. T. textum conglutinaret, quam ante eum nemo composuit tantaque injuria libros sacros afficeret, quanta, ex quo typis exscripti sunt, nemo eos affecit.

Quod ne cupidius, quam verius dixisse videar,

II.

quantopere Lachmannus, quum legibus suis criticis nunc staret, nunc ab iis descisceret, N. T. corruperit, idoneis exemplis docebo.

Et primum quidem multas lectiones recepit, quae partim quum legibus grammaticis plane repugnent certissima librariorum vitia sint, partim quum grammaticis argumentis quodammodo vel defendi vel excusari possint, non prius tamen textis recte inferantur, quam non esse eas scribarum sphalmata *historicis* argumentis demonstratum sit.

I. a.

CERTISSIMA LIBRARIORUM VITIA.

In epistola ad Gal. 5, 26. Lachmannus ex B. scripsit: *μὴ γινώμεθα κενόδοξοι, ἀλλήλους προκαλούμενοι, ἀλλήλους* (vulgo *ἀλλήλοις*) *φθονοῦντες*. Scribam voce *ἀλλήλους*, quae praecedit, in errorem ductum *ἀλλήλους φθονοῦντες* pro *ἀλλήλοις φθον.* temere exarasse patet. Hebr. 6, 2. Lachm.— *ἐπὶ τὴν τελειότητα φερώμεθα, μὴ πάλιν θεμέλιον καταβαλλόμενοι μετανοίας ἀπὸ νεκρῶν ἔργων καὶ πίστεως ἐπὶ θεόν, βαπτισμῶν διδαχήν*, (sic B., vulgo *διδαχῆς*), *ἐπιθέσεώς τε χειρῶν, ἀναστάσεώς τε νεκρῶν καὶ κρίματος αἰωνίου*. Librarius post *βαπτισμῶν* male scripsit *διδαχήν* pro Genitivo *διδαχῆς*,

quem *structura* postulat. Non recte **Bleekius**, posse διδαχήν ad θεμέλιον ita referri, ut a διδαχήν Genitivi βαπτισμῶν, ἐπιθέσεως, ἀναστάσέως et κρίματος αἰωνίου suspendantur, contendit. Praeterquam quod θεμέλιον καταβάλλεσθαι διδαχὴν βαπτισμῶν *fundamenti loco doctrinam de sacris lotionibus* *jacere* nemo dixerit, sex res a scriptore commemoratas *pariter* ad prima doctrinae christ. elementa referri apparet. Itaque v. 1. et 2. Genitivos requiri, qui a μὴ θεμέλιον καταβαλλόμενοι regantur, elucet. Hebr. 11, 35. **Lachm.** ἔλαβον γυναῖκας (sic A., vulgo γυναῖκες) ἐξ ἀναστάσεως τοὺς νεκροὺς αὐτῶν. Γυναῖκας absurdum scribae mendum est. Scilicet scriptor eorum, quae 1 Reg. 17, 21. 2 Reg. 4, 33. 35. narrantur, rationem habet. Itaque γυναῖκες Subjectum faciunt. 2 Thess. 1, 9. **Lachm.** — οἵτινες δίκην τίσουσιν ὀλέθριον (sic A., vulgo ὄλεθρον, v. 1 Thess. 5, 3. 1 Tim. 6, 9,) αἰώνιον. Librarius proxima voce αἰώνιον deceptus temere ὀλέθριον pro ὄλεθρον scripsit. Idem vitium **Lachmannus** 2 Cor. 3, 3. adoptavit: — φανερούμενοι ὅτι ἐστὲ ἐπιστολὴ Χριστοῦ διακονηθεῖσα ὑφ' ἡμῶν, ἐγγεγραμμένη οὐ μέλανι ἀλλὰ πνεύματι τοῦ θεοῦ ζῶντος, οὐκ ἐν πλαξὶ λιθίναις ἀλλ' ἐν πλαξὶ καρδίαις (sic A., vulgo recte καρδίας) σαρκίναις. Librarius quum dormitaret καρδίαις pro καρδίας posuit proximi vocabuli sono (σαρκίναις) in fraudem inductus. 2 Cor. 4, 6. **Lachm.** — ὅτι ὁ θεὸς ὁ εἰπών· Ἐκ σκότους φῶς λάμψει (sic A. B.), ὃς ἔλαμψεν ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν πρὸς φωτισμὸν τῆς γνώσεως τῆς δόξης κτλ. **Lachmannum Tischendorfius** inconsiderate sequutus est. Nempe oratio *directa* placere posset, si in Genesi 1, 3., cujus loci ratio hic ducitur, haec legerentur: καὶ εἶπεν ὁ θεός· ἐκ σκότους φῶς λαμψάτω (sive λάμψει) καὶ ἔλαμψε φῶς. At haec ibi perscripta sunt: καὶ εἶπεν ὁ θεός· γενηθήτω φῶς· καὶ ἐγένετο φῶς. Nihil igitur est λάμψει, nisi calami error pro λάμψαι recteque vulgo editur ὅτι ὁ θεὸς ὁ εἰπὼν ἐκ σκότους φῶς λάμψαι, ὃς κτλ. 1 Cor. 13, 3. **Lachm.** — κἂν ψωμίσω πάντα τὰ ὑπάρχοντά μου (ἵνα καυχήσωμαι), ἀγάπην δὲ μὴ ἔχω, οὐθὲν ὠφελοῦμαι. Καυχήσωμαι, quod **Lachmannus** ex A. (v. **Lobeckium** ad Phryn. p. 720 sq.) dedit, librarii vitium esse jam **Hieronymus** intellexit. Nam postquam

Paulus dixit *et si omnes meas opes in cibos impendero,* *) haec *gravissima* sententia ei enuntianda est: et si corpus meum *summo supplicio* cruciandum tradidero. Itaque aut — καὶ, ἐὰν παραδῶ τὸ σῶμά μου ἵνα καυθήσωμαι, ἀγάπην δὲ μὴ ἔχω κτλ. cum vulgo, aut ex 71. 80. al. καὶ ἐὰν παραδῶ σῶμά μου ἵνα καυθήσομαι, ἀγάπην δὲ μὴ ἔχω κτλ. legendum est. Cf. 1 Cor. 9, 18. τίς οὖν μοί ἐστιν ὁ μισθός; ἵνα εὐαγγελιζόμενος ἀδάπανον θήσω τὸ εὐαγγέλιον κτλ. Pauli animo supplicia obversantur, cujusmodi Dan. c. 3. et 2 Macc. c. 7. referuntur. Bezae lectio ἵνα καυχήσωμαι non inepta visa est, quâ significetur non posse quae benigne aliis feceris Deo placere, si gloriae cupiditate, non Dei aut hominum caritate impulsus ea feceris. Id ipsum Paulum dixisse Lachmannus credidit, quippe qui verba ἵνα καυχήσωμαι in parenthesin conjecerit. At primo verba ἐὰν παραδῶ τὸ σῶμά μου nimis nuda forent, quum praesertim *crudelissimi* supplicii mentio h. l. rectissime desideretur. Deinde Paulum v. 3. simpliciter dixisse se nullum fructum habere, si quae benigne aliis fecerit *sine amore* fecerit, e vv. 1. et 2. cognoscitur. Itaque haec notio a nostro loco prorsus abhorret: nullam utilitatem capio, si *gloriae cupiditate elatus* aliis benigne fecero sine amore. Recte Meyerus lectionem ἵνα καυχήσωμαι respuit, sed interpretis observationem esse falso putavit, qui nihil emolumenti habere, si quis *gloriae cupiditate motus* corpus comburendum tradiderit, moneret, deinceps in verborum, quorum glossa esset, locum substitutam. Ita enim codices reperiuntur, qui partim utrumque absurde conflarent (ἐὰν παραδῶ τὸ σῶμά μου ἵνα καυχήσωμαι ἵνα καυθήσωμαι ἵνα καυθήσωμαι καὶ καυχήσωμαι) partim corrigendo alterum cum altero conciliarent: ἐὰν παραδῶ τὸ σῶμά μου ἵνα καυθήσωμαι καυχησόμενος. — Apoc. 11, 3. Lachm. καὶ δώσω τοῖς δυσὶ μάρτυσί μου, καὶ προφητεύσουσιν ἡμέρας χιλίας διακοσίας

*) Precario Winerus gr. p. 204. Meyerus, de Wettius, Bretschneiderus Lex. ed. 3. sub v. ψωμίζω post ψωμίσω supplent τοὺς πτωχούς; et si *pauperes* omnibus meis fortunis cibavero. Cf. LXX Num. 11, 4. τίς ἡμᾶς ψωμιεῖ κρέα; Imo loqnutio πάντα τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ ψωμίζειν hanc vim habet: *omnes suas opes in cibos impendere,* sein ganzes Vermögen *verspeisen, verfüttern.*

ἑξήκοντα *περιβεβλημένους* (sic A., vulgo recte περιβεβλημένοι) σάκκους. Περιβεβλημένους scribae vitium esse, quod proximum vocabulum *σάκκους* pepererit, nemo non perspicit. Hoc Lachmannus eodem jure sprevisset, quo v. 4. ἀλαῖαι (C.) et *αὐλαῖαι* (A.) nihil curavit. Hujusmodi quisquilias qui ante Lachmannum N. T. crisin exercuerunt ipso silentio confutarunt. Hebr. 11, 26. Elsev. — — μείζονα πλοῦτον ἡγησάμενος (Moses) τῶν ἐν *Αἰγύπτῳ* θησαυρῶν τὸν ὀνειδισμὸν τοῦ Χριστοῦ. Vulg. τῶν *Αἰγυπτίων* θησαυρῶν. Recte Griesbachius ex B. D. E. Syro, Clem. Alex. al. τῶν *Αἰγύπτου* θησαυρῶν dedit. Lachmannus ex A. τῶν *ἐν Αἰγύπτου* θησαυρῶν edidit, quod oscitantis librarii, qui lectiones, τῶν *ἐν Αἰγύπτῳ* θησαυρῶν et τῶν *Αἰγύπτου* θησαυρῶν confunderet, vitium esse apparet. 1 Corinth. 4, 11. pro γυμνητεύομεν Lachmannus, quem Tischendorfius temere sequutus est, ex A. B. C. γυμν*ι*τεύομεν dedit, manifestum scribarum vitium. Nam a γυμνής, γυμνῆτος et ὁ γυμνήτης (fem. ἡ γυμνῆτις) oritur γυμνητεύω. Γυμν*ι*τεύω nihili est. Eodem vitio apud Nicetam Annal. 10, 9. γυμν*ι*τεία pro γυμν*η*τεία et Theod. Prodr. 154 γυμν*ι*τεύειν pro γυμν*η*τεύειν legitur. 1 Cor. 14, 37. 38. Elsev. Εἴ τις δοκεῖ προφήτης εἶναι ἢ πνευματικός, *ἐπιγινωσκέτω* ἃ γράφω ὑμῖν, ὅτι τοῦ κυρίου εἰσὶν ἐντολαί· εἰ δέ τις ἀγνοεῖ, *ἀγνοείτω*. Lachmannus ex A (?) D* F. G. al. v. 38. εἰ δέ τις ἀγνοεῖ, ἀγνο*εῖται* scripsit. Insulsam scripturam ἀγνοεῖται etiam Rueckertus et Tischendorfius receperunt. Ἀγνοείτω genuinum esse tum ἐπιγινωσκέτω v. 37. tum ipsa sententia ostendit: si quis autem ***non intelligit, suo periculo ignoret, sibi habeat.*** Cf. 1 Cor. 7, 15. εἰ δὲ ὁ ἄπιστος χωρίζεται, χωριζέσθω. Perverse Rueckertus ἀγνοεῖται explicuit: si quis autem non intelligit, ***ejus nulla jam ratio habetur,*** „von dem wird weiter nicht Notiz genommen." (!) Ἀγνοοῦμαι valet homines me non noscitant, sum homo obscurus, v. 2 Cor. 6, 9. Ἀγνοεῖ*ται* haud dubie nihil est, nisi male scriptum ἀγνοεῖ*τε*, quod librarii verbis ζηλοῦτε et μὴ κωλύετε v. 39. in fraudem inducti exararunt. Constat enim librarios *αι* pro *ε* et *ε* pro *αι* saepe posuisse (v. Rom. 12, 2. Eph. 4, 23. 24. 6, 17. 1 Petr. 2, 11. varr. lect.) Sed Latini ἀγνοεῖται Passivum esse opi-

nati *ignoratur* verterunt (Clar. Germ.), quod deinde in *ignorabilur* corruptum est (Vulg. Boem. al.) Patet autem e latinis versionibus, quae *ignoratur* et *ignorabitur* praebent, *Millii* conjecturam *ignorator* (ἀγνοείσθω) historiae repugnare omnique fundamento destitui. — 2 Petr. 2, 12. Elsev. *Οὗτοι δὲ ὡς ἄλογα ζῶα, φυσικά, γεγεννημένα εἰς ἅλωσιν καὶ φθορὰν ἐν οἷς ἀγνοοῦσι βλασφημοῦντες ἐν τῇ φθορᾷ αὐτῶν καταφθαρήσονται.* Lachmannus, quocum fecit Tischendorfius, pro *καταφθαρήσονται* ex A. B. C. *καὶ φθαρήσονται* dedit, quod sententiam perdit. Scriptori enim hoc dicendum est: homines flagitiosi per suam perversitatem ab judice *sempiternam perniciem reportabunt* (cf. v. 9 et 13.); hoc dicere prorsus nequit: homines improbi per suam pravitatem *etiam in pestem* (in pestem adeo) incident h. e. non solum aliis suppliciis, sed etiam sempiterna peste cruciabuntur. Saepissime librarii *καί* et *κατά* confundunt (v. 2 Tim. 4, 1. varr. lect.) Scribunt igitur *καὶ φιλεῖν*, *καὶ ἴσχειν* pro *καταφιλεῖν*, *κατίσχειν* (v. Schaeferi Meletem. p. 119.) Sic h. l. pro *καταφθαρήσονται* perperam *καὶ φθαρήσονται* exararunt. Potest etiam *καὶ φθαρήσονται* hanc vim habere *καί, φθαρήσονται* h. e. pro *καταφθαρήσονται* sunt libri, qui verbum simplex *φθαρήσονται* contineant. Certe nihili est *καὶ φθαρήσονται.* — Marc. 7, 18. 19. — *οὐ νοεῖτε, ὅτι πᾶν τὸ ἔξωθεν εἰςπορευόμενον εἰς τὸν ἄνθρωπον οὐ δύναται αὐτὸν κοινῶσαι; ὅτι οὐκ εἰςπορεύεται αὐτοῦ εἰς τὴν καρδίαν ἀλλ' εἰς τὴν κοιλίαν· καὶ εἰς τὸν ἀφεδρῶνα ἐκπορεύεται, καθαρίζον πάντα τὰ βρώματα. Καθαρίζων*, quod Lachmannus ex A. B. edidit, est calami error, quo structura tollitur; v. Comment. meum in ev. Marci p. 282 sq. — Hebr. 7, 1—3. *Οὗτος γὰρ ὁ Μελχισεδέκ, βασιλεὺς Σαλήμ, ἱερεὺς τοῦ θεοῦ τοῦ ὑψίστου, ὁ συναντήσας Ἀβραὰμ ὑποστρέφοντι ἀπὸ τῆς κοπῆς τῶν βασιλέων καὶ εὐλογήσας αὐτόν, ᾧ καὶ δεκάτην ἀπὸ πάντων ἐμέρισεν Ἀβραάμ, πρῶτον μὲν ἑρμηνευόμενος βασιλεὺς δικαιοσύνης, ἔπειτα δὲ καὶ βασιλεὺς σαλήμ, ὅ ἐστι βασιλεὺς εἰρήνης, ἀπάτωρ, ἀμήτωρ, ἀγενεαλόγητος, μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν μήτε ζωῆς τέλος ἔχων, ἀφωμοιωμένος δὲ τῷ υἱῷ τοῦ θεοῦ, μένει ἱερεὺς εἰς τὸ διηνεκές.* Constructio haec est: *οὗτος γὰρ ὁ Μελχισεδὲκ μένει ἱερεὺς εἰς τὸ διηνεκές.* Verba v. 1—3. *βασιλεὺς Σαλὴμ* — — — *ἀφω-*

μοιωμένος δὲ τῷ υἱῷ τοῦ θεοῦ eo consilio adjecta sunt, ut, quis qualis et quantus ille Melchisedecus, qui Christi exemplar esset, fuisset lectores scirent. Itaque primo scriptor *quisnam* fuisset dixit. Fuit autem rex Salemi et summi Dei sacerdos (v. 1. *βασιλεὺς Σαλήμ, ἱερεὺς τοῦ θεοῦ τοῦ ὑψίστου* cf. Genes. 14, 18.). Deinde *officia*, quae et Melchisedecus Abrahamo et Abrahamus Melchisedeco praestitisset, commemoravit. Nempe Melchisedecus Abrahamo a clade, qua regulos afflixisset, revertenti obviam processit et fausta ei precatus est: Abrahamus Melchisedeco omnis praedae, quam fecisset, decimas dedit (cf. v. *ὁ συναντήσας.* — — *ᾧ καὶ δεκάτην ἀπὸ πάντων ἐμέρισεν Ἀβραάμ* et Genes. 14, 18—20.). Tum ea Melchisedeco in literis s. nomina imponi, quae non solum bene ominata essent, sed etiam, quoniam in Christum optime convenirent, ipsum Christum portenderent indicavit. Scilicet *Μελχισεδέκ regem justitiae* et *βασιλεὺς σαλήμ regem pacis* significat (cf. v. 2. *πρῶτον μὲν* — — *βασιλεὺς εἰρήνης*). Postremo Melchisedecum nullo patre, nulla matre, nullis majoribus ortum eumque in V. T. induci, cujus vita neque initium neque finem habuerit, assimilari autem ibi eum *aeterno* Dei filio, qui nullum sacerdotii successorem habiturus sit (c. v. 16. et 24 sq.) monuit verbis v. 3. *ἀπάτωρ κτλ.* Perperam Winerus gr. p. 498. versum 2. anacolutho laborare putavit. Dixisse enim scriptorem *πρῶτον μὲν ἑρμηνευόμενος βασιλεὺς δικαιοσύνης, ἔπειτα δὲ καὶ βασιλεὺς Σαλήμ, ὅ ἐστι βασιλεὺς εἰρήνης*, quem ita loqui decuisset *πρῶτον μὲν ἑρμηνευόμενος βασιλεὺς δικαιοσύνης, ἔπειτα δὲ ἑρμηνευόμενος καὶ βασιλεὺς εἰρήνης.* Nam titulum hoc loco explicandum *βασιλεὺς Σαλήμ* jam primo versu a scriptore positum esse. Non vidit vir doctus, scriptorem vs. 1. *ὁ Μελχισεδέκ* ut *hominis nomen* et *βασιλεὺς Σαλήμ* ut *titulum*, unde *ubi* homo regnasset cognosceremus posuisse, sed versu 2. hoc eum egisse, ut tum viri nomen tum titulum, si ad utriusque vim attenderis, Christum omninari ostenderet. Dixit igitur, virum (h. e. viri *nomen*, nomen Melchisedeci) primo enarrari *regem justitiae* (esse enim מַלְכִּי־צֶדֶק ex מֶלֶךְ et צֶדֶק compositum et Messiam in V. T. צַדִּיק *justum* Zach. 9, 9. vocari in vulgus notum esse), de-

inde virum i. e. *viri titulum* sonare *βασιλέα σαλήμ*, hoc esse *regem pacis* (nam *σαλήμ* chaldaice שְׁלָם *pacem* significare: esse igitur *βασιλέα σαλήμ regem pacis*, מֶלֶךְ שְׁלָם Dan. 6, 26 et Messiam in V. T. שַׂר־שָׁלוֹם *principem pacis* Jes. 9, 5. appellari neminem nescire). De industria scriptor, quod Winerus non reputavit, v. 2. *βασιλεὺς σαλήμ* repetiit, priusquam explicaret, quia non, ut vs. 1., pro rege, qui *Salemi* regnaret, sumsit, sed in urbis שָׁלֵם nomine simul *σαλήμ* i. e. chaldaicum vocabulum שְׁלָם quod *pacem* denotet, latere indicavit. Itaque vs. 1. *Βασιλεὺς Σαλήμ*, vs. 2. *βασιλεὺς σαλήμ* scribendum est. Jam Lachmannus v. 1. pro *ὁ συναντήσας* ex A. et aliis *ὃς συναντήσας* dedit, qui manifestus calami error est. *Ὃς* ex prima Participii *συναντήσας* litera bis scripta ortum est. *Ὃς* structuram evertit. Deest enim verbum ad *ὃς* pertinens. Noli ad anocoluthon confugere, quum scriptorem *ὃς συναντήσας Ἀβραὰμ ὑποστρέφοντι ἀπὸ τῆς κοπῆς τῶν βασιλέων καὶ εὐλογήσας αὐτόν* pro *ὅς, συναντήσας Ἀβραὰμ ὑποστρέφοντι ἀπὸ τῆς κοπῆς τῶν βασιλέων, εὐλόγησεν αὐτὸν* scripsisse tibi finxeris. Hoc enim anacoluthon, quo scriptor paucissimis verbis interjectis inchoatae structurae oblitus fuerit, longe asperrimum est. Minus etiam Bleekii inventum placet, qui lectione *ὃς* suscepta locum sic interpungi posse sibi persuasit: *οὗτος γὰρ ὁ Μελχισεδέκ, βασιλεὺς Σαλήμ, ἱερεὺς τοῦ θεοῦ τοῦ ὑψίστου, (ὃς συναντήσας Ἀβραὰμ ὑποστρέφοντι ἀπὸ τῆς κοπῆς τῶν βασιλέων καὶ εὐλογήσας αὐτόν, ᾧ καὶ δεκάτην ἀπὸ πάντων ἐμέρισεν Ἀβραάμ, πρῶτον μὲν ἑρμηνευόμενος βασιλεὺς δικαιοσύνης, ἔπειτα δὲ καὶ βασιλεὺς σαλήμ, ὅ ἐστι βασιλεὺς εἰρήνης)* [scil. *ἐστίν*], *ἀπάτωρ — — μένει ἱερεὺς εἰς τὸ διηνεκές*. Quippe verba *ὃς συναντήσας — — βασιλεὺς εἰρήνης* (scil. *ἐστίν*) non esse parenthetica ex eo apparet, quod scriptor v. 4—7. ex verbis v. 1 et 2. *καὶ εὐλογήσας αὐτόν, ᾧ καὶ δεκάτην ἀπὸ πάντων ἐμέρισεν Ἀβραάμ* argumentatur. — Hebr. 12, 7. 8. Elsev. *Εἰ παιδείαν ὑπομένετε ὡς υἱοῖς ὑμῖν προσφέρεται ὁ θεός· τίς γάρ ἐστιν υἱός, ὃν οὐ παιδεύει πατήρ; εἰ δὲ χωρίς ἐστε παιδείας, ἧς μέτοχοι γεγόνασι πάντες, ἄρα νόθοι ἐστὲ καὶ οὐχ*

υἱοί. Versu 7. v. εἰ παιδείαν ὑπομένετε genuina esse membrum oppositum v. 8. εἰ δὲ χωρίς ἐστε παιδείας et scriptoris disputatio (cf. v. 6.) ostendit. Is sententiam vs. 6. enuntiatam *Deum quem diligat castigare et unumquemque filium quem probet flagellis caedere* v. 7. 8. in lectores sic transfert: *si Deus*, inquit, *vos castigat ut filios vos tractat:* nullus est enim filius, quem non castiget pater; *sin vos non castiget*, quum omnes ab eo filii castigentur, spurios vos esse, non filios patet. Jam pro εἰ παιδείαν A. D. E. et multi alii εἰς παιδείαν habent, haud dubium calami errorem, ut Bengelius recte judicavit. Εἰς παιδείαν absurdum est, sive ad vs. 6. referas, sive v. εἰς παιδείαν ὑπομένετε arcte conjungas. Dubitari autem nequit, quin qui primi oscitanter εἰς παιδείαν pro Εἰ παιδείαν scripsissent, verba sic consociaverint: μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱόν, ὃν παραδέχεται εἰς παιδείαν (quem in educationem, ergo educandum suscipit). Ὑπομένετε· ὡς υἱοῖς ὑμῖν προςφέρεται ὁ θεός κτλ. Hoc multis de causis fieri non potest. Primo enim ὃν παραδέχεται idem fere esse, quod in priore membro ὃν ἀγαπᾷ membrorum concinnitas demonstrat. Itaque v. ὃν παραδέχεται sui juris sunt (*quem probat*) neque recte vocc. ὃν παραδέχεται εἰς παιδείαν conjunguntur (quem educandum suscipit). Deinde toto loco v. 5—11. vocabula παιδεύω, παιδεία et παιδευτής *castigare, castigationem* et *castigatorem*, non *educare, educationem* et *educatorem* notant. Hinc παιδεία etiam v. 7. *castigationem* declaret necesse est. Tum abrupta et hiulca haec oratio est: Ὑπομένετε· ὡς υἱοῖς ὑμῖν προςφέρεται ὁ θεός· Postremo manifesta et necessaria sententiarum v. 7. et 8. oppositio perit. Id ipsum fit, si quis v. εἰς παιδείαν ὑπομένετε consociaverit. Hoc a Matthaeio, Lachmanno et Tischendorfio factum est. Matthaeius, qui unus ante Lachmannum εἰς παιδείαν textis intulit (nam Griesbachius εἰς tantum in margine commendavit) locum sic interpunxit: — παραδέχεται· εἰς παιδείαν ὑπομένετε, ὡς υἱοῖς ὑμῖν προςφέρεται ὁ θεός· τίς κτλ. Lachmannus et Tischendorfius verba hoc modo distinxerunt: — παραδέχεται. εἰς παιδείαν ὑπομένετε, ὡς υἱοῖς ὑμῖν προςφέρεται ὁ θεός· τίς κτλ. Verba εἰς παιδείαν ὑπομένετε non posse significare *in disciplina perseverate* (sic versio

vulgata) certum est: possunt denotare: *exspectate castigationem, jubeo vos castigationem praestolari,* ut ea Matthaeius ed. min. explicuit, qui ad LXX Jerem. 14, 19. *ὑπεμείναμεν εἰς εἰρήνην, καὶ οὐκ ἦν ἀγαθά, εἰς καιρὸν ἰάσεως, καὶ ἰδοὺ ταραχή.* et Thren. 3, 26. *ὑπομενεῖ καὶ ἡσυχάσει εἰς τὸ σωτήριον κυρίου.* provocavit. At h. l. scriptor lectores Dei castigationem exspectare male jubeat, cui post ea, quae vs. 6. scripsit, si lectores a Deo *castigentur*, ut filios ab eo tractari, *sin non castigentur*, non esse eos Dei filios dicendum sit. Praeterea haec oratio: *εἰς παιδείαν ὑπομένετε. Ὡς υἱοῖς ὑμῖν προςφέρεται ὁ θεός* (scil. *εἰ παιδεύει ὑμᾶς*) *τίς κτλ.* abrupta est. Valeat igitur absurdum mendum *εἰς παιδείαν.* — Hebr. 12, 16. — *μή τις πόρνος* (scil. *ἐνοχλῇ* v. 15.) *ἢ βέβηλος ὡς Ἡσαῦ ὃς ἀντὶ βρώσεως μιᾶς ἀπέδοτο* (Lachmannus *ἀπέδετο* sic) *τὰ πρωτοτόκια ἑαυτοῦ.* Bleekius II, p. 917. „Worauf es beruht, dass Lachm. *ἀπέδετο* statt *ἀπέδοτο* aufgenommen hat (nicht durch Druckfehler) *weiss ich nicht;* angegeben finde ich eine solche Lesart nirgends.“ Hausit Lachmannus *ἀπέδετο*, manifestum calami errorem, ex A.; cf. Woidii notitiam codicis alexandrini a *Spohnio* editam p. 436. — Hebr. 6, 14. Elsev. *ἦ μὴν εὐλογῶν εὐλογήσω σε καὶ πληθύνων πληθυνῶ σε.* Lachmannus, quem Tischendorfius imitatus est, ex A. B. C. *εἰ μὴν εὐλογῶν* etc. suscepit. Hoc ego ineptum librariorum mendum voco invito licet Bleekio. Citatur Genes. 22, 17. LXX., ubi notissimum istud *ἦ μὴν sane vero* in omnibus codicibus et editionibus legitur. *Εἰ μὴν* nihil est nisi frequentissimus scribarum saepissime *ει* pro *η* ex itacismo exarantium error. At Etymologicum magnum 416, 41—52. *εἰ μὴ* sua auctoritate confirmat (cf. Bleekium): *Ἦ μήν, ὄντως δή· τὸ ἦ σύνδεσμος βεβαιωτικός· τὸ μήν, σύνδεσμος παραπληρωματικός.* — — — — *Ἦ, ἐπίῤῥημα ὁρκικόν· ὅπερ καὶ διὰ διφθόγγου γράφεται, Εἶ μὴν εὐλογῶν εὐλογήσω σε:* — *ἦ ὄντως καὶ ἀληθῶς. καὶ ἔστιν ἐπίῤῥημα βεβαιώσεως.*, Non dicam h. l., quo nihil verius est, veteres grammaticos male de particulis solere praecipere; illud contendo, me non moveri Etymologi auctoritate, quod non dixerit *εἶ μήν, διὰ διφθόγγου· οὕτως ἡ συνήθεια,* s. *οὕτως οἱ Ἀλεξανδρεῖς,* sed tantummodo ad nostrum locum provocaverit. Nihil igitur

ex eo discimus, nisi eum h. l. *EI MHN* in N. T. codicibus invenisse. Quamquam si Alexandrini pro ἦ μήν (ē mēn) εἶ μήν (ī mēn) et pronuntiassent et scripsissent, εἶ μήν, quod in Etymologico magno est, non Lachmannianum et Bleekianum εἰ μήν, quod nihili est, nobis exhibendum esset. Nam *Ει* in formula εἶ μήν scriptura tantummodo et pronuntiatione ab ἦ μήν differret nullamque societatem cum particula conditionali εἰ, *si* haberet. Deinde quod Bleekius non solum nonnullos versionis alexandrinae codices εἰ μήν pro ἦ μήν afferre, verum etiam editores aliquot locis (v. c. Ezech. 33, 27. ζῶ ἐγώ, εἰ μὴν οἱ ἐν ταῖς ἠρημωμέναις μαχαίραις πεσοῦνται.) scripsisse affirmavit, id non hanc vim habet, ut εἰ μήν verum sit, sed ut multos librarios male εἶ μήν pro ἦ μήν exarasse et dormitasse editores intelligamus. Falso Bleekius Latinos, qui *nisi* habeant (cf. v. c. Vulgatam: *nisi* benedicens benedicam te), εἰ μήν agnovisse putavit. Hi vero εἰ μή expresserunt, sive ipsi absurdum εἰ μήν in εἰ μή correxissent, sive εἰ μή in graecis codicibus invenissent. Lectio εἰ μὴ εὐλογῶν εὐλογήσω σε κτλ. per se aptissima est: *ni valde* te beabo tuosque posteros insigniter multiplicabo (scil. non ego dicar Jehovah). Cf. אִם־לֹא Jos. 14, 9., ἐὰν μή Ezech. 17, 19., Conjectanea mea I, p. 32., Aristoph. Acharn. 772. Dind. περίδου μοι —, αἰ μή 'στιν οὗτος χοῖρος Ἑλλάνων νόμῳ. et Romanorum *spondeo, ni* —, de quo vide doctam Beieri notam ad Cic. de offic. III, 19. Sed quum in Genesi 22, 17. ἦ μήν legatur et pro eo veteres librarii *EI MHN* male scripserint, dubitari non potest, quin εἰ μή absurdi εἰ μήν correctio sit. *H* et *EI* etiam in N. T. saepe a scribis confusa sunt; cf. v. c. 1 Cor. 9, 8. et 2 Cor. 3, 1. (ubi εἰ μή verum est) varr. lect. Adde 2 Cor. 2, 9. Elsev. εἰς τοῦτο γὰρ καὶ ἔγραψα, ἵνα γνῶ τὴν δοκιμὴν ὑμῶν, εἰ εἰς πάντα ὑπήκοοί ἐστε. Lachmannus ex A. B. — ἵνα γνῶ τὴν δοκιμὴν ὑμῶν, ἧ εἰς πάντα ὑπήκοοί ἐστε, quod *sententia* non recipit. — Joh. 4, 9. *Elsev.* πῶς σὺ Ἰουδαῖος ὢν παρ' ἐμοῦ πιεῖν αἰτεῖς οὔσης γυναικὸς Σαμαρείτιδος; Lachmannus ex uno A. pro πιεῖν edidit πῖν, certissimum scribae sphalma. Nam I. plebejus sermo πιεῖν in πεῖν, non in πῖν, contraxit; cf. Herodianum περὶ ἡμαρτημένων λέξεων §. 47: ἁμαρτάνουσιν

vulgata) certum est: possunt denotare: *exspectate castigationem, jubeo vos castigationem praestolari,* ut ea Matthaeius ed. min. explicuit, qui ad LXX Jerem. 14, 19. ὑπεμείναμεν εἰς εἰρήνην, καὶ οὐκ ἦν ἀγαθά, εἰς καιρὸν ἰάσεως, καὶ ἰδοὺ ταραχή. et Thren. 3, 26. ὑπομενεῖ καὶ ἡσυχάσει εἰς τὸ σωτήριον κυρίου. provocavit. At h. l. scriptor lectores Dei castigationem exspectare male jubeat, cui post ea, quae vs. 6. scripsit, si lectores a Deo *castigentur*, ut filios ab eo tractari, *sin non castigentur*, non esse eos Dei filios dicendum sit. Praeterea haec oratio: εἰς παιδείαν ὑπομένετε. Ὡς υἱοῖς ὑμῖν προςφέρεται ὁ θεός (scil. εἰ παιδεύει ὑμᾶς) τίς κτλ. abrupta est. Valeat igitur absurdum mendum εἰς παιδείαν. — Hebr. 12, 16. — μή τις πόρνος (scil. ἐνοχλῇ v. 15.) ἢ βέβηλος ὡς Ἡσαῦ ὃς ἀντὶ βρώσεως μιᾶς ἀπέδοτο (Lachmannus ἀπέδετο sic) τὰ πρωτοτόκια ἑαυτοῦ. Bleekius II, p. 917. „Worauf es beruht, dass Lachm. ἀπέδετο statt ἀπέδοτο aufgenommen hat (nicht durch Druckfehler) *weiss ich nicht;* angegeben finde ich eine solche Lesart nirgends.“ Hausit Lachmannus ἀπέδετο, manifestum calami errorem, ex A.; cf. Woidii notitiam codicis alexandrini a *Spohnio* editam p. 436. — Hebr. 6, 14. Elsev. ἦ μὴν εὐλογῶν εὐλογήσω σε καὶ πληθύνων πληθυνῶ σε. Lachmannus, quem Tischendorfius imitatus est, ex A. B. C. εἰ μὴν εὐλογῶν etc. suscepit. Hoc ego ineptum librariorum mendum voco invito licet Bleekio. Citatur Genes. 22, 17. LXX., ubi notissimum istud ἦ μήν *sane vero* in omnibus codicibus et editionibus legitur. Εἰ μήν nihil est nisi frequentissimus scribarum saepissime ει pro η ex itacismo exarantium error. At Etymologicum magnum 416, 41—52. εἰ μή sua auctoritate confirmat (cf. Bleekium): Ἦ μήν, ὄντως δή· τὸ ἢ σύνδεσμος βεβαιωτικός· τὸ μήν, σύνδεσμος παραπληρωματικός. — — — — Ἦ, ἐπίῤῥημα ὁρκικόν· ὅπερ καὶ διὰ διφθόγγου γράφεται, Εἶ μὴν εὐλογῶν εὐλογήσω σε: — ἢ ὄντως καὶ ἀληθῶς. καὶ ἔστιν ἐπίῤῥημα βεβαιώσεως. Non dicam h. l., quo nihil verius est, veteres grammaticos male de particulis solere praecipere; illud contendo, me non moveri Etymologi auctoritate, quod non dixerit εἶ μήν, διὰ διφθόγγου· οὕτως ἡ συνήθεια, s. οὕτως οἱ Ἀλεξανδρεῖς, sed tantummodo ad nostrum locum provocaverit. Nihil igitur

ex eo discimus, nisi eum h. l. *EI MHN* in N. T. codicibus invenisse. Quamquam si Alexandrini pro ἦ μήν (ē mēn) εἶ μήν (ī mēn) et pronuntiassent et scripsissent, εἶ μήν, quod in Etymologico magno est, non Lachmannianum et Bleekianum εἰ μήν, quod nihili est, nobis exhibendum esset. Nam *Ει* in formula εἶ μήν scriptura tantummodo et pronuntiatione ab ἦ μήν differret nullamque societatem cum particula conditionali εἰ, *si* haberet. Deinde quod Bleekius non solum nonnullos versionis alexandrinae codices εἰ μήν pro ἦ μήν afferre, verum etiam editores aliquot locis (v. c. Ezech. 33, 27. ζῶ ἐγώ, εἰ μὴν οἱ ἐν ταῖς ἠρημωμέναις μαχαίραις πεσοῦνται.) scripsisse affirmavit, id non hanc vim habet, ut εἰ μήν verum sit, sed ut multos librarios male εἶ μήν pro ἦ μήν exarasse et dormitasse editores intelligamus. Falso Bleekius Latinos, qui *nisi* habeant (cf. v. c. Vulgatam: *nisi* benedicens benedicam te), εἰ μήν agnovisse putavit. Hi vero εἰ μή expresserunt, sive ipsi absurdum εἰ μήν in εἰ μή correxissent, sive εἰ μή in graecis codicibus invenissent. Lectio εἰ μὴ εὐλογῶν εὐλογήσω σε κτλ. per se aptissima est: *ni valde* te beabo tuosque posteros insigniter multiplicabo (scil. non ego dicar Jehovah). Cf. אִם־לֹא Jos. 14, 9., ἐὰν μή Ezech. 17, 19., Conjectanea mea I, p. 32., Aristoph. Acharn. 772. Dind. περίδου μοι —, αἰ μὴ 'στιν οὗτος χοῖρος Ἑλλάνων νόμῳ. et Romanorum *spondeo, ni* —, de quo vide doctam Beieri notam ad Cic. de offic. III, 19. Sed quum in Genesi 22, 17. ἦ μήν legatur et pro eo veteres librarii *EI MHN* male scripserint, dubitari non potest, quin εἰ μή absurdi εἰ μήν correctio sit. *H* et *EI* etiam in N. T. saepe a scribis confusa sunt; cf. v. c. 1 Cor. 9, 8. et 2 Cor. 3, 1. (ubi εἰ μή verum est) varr. lect. Adde 2 Cor. 2, 9. Elsev. εἰς τοῦτο γὰρ καὶ ἔγραψα, ἵνα γνῶ τὴν δοκιμὴν ὑμῶν, εἰ εἰς πάντα ὑπήκοοί ἐστε. Lachmannus ex A. B. — ἵνα γνῶ τὴν δοκιμὴν ὑμῶν, ἦ εἰς πάντα ὑπήκοοί ἐστε, quod *sententia* non recipit. — Joh. 4, 9. *Elsev.* πῶς σὺ Ἰουδαῖος ὢν παρ' ἐμοῦ πιεῖν αἰτεῖς οὔσης γυναικὸς Σαμαρείτιδος; Lachmannus ex uno A. pro πιεῖν edidit πῖν, certissimum scribae sphalma. Nam I. plebejus sermo πιεῖν in πεῖν, non in πῖν, contraxit; cf. Herodianum περὶ ἡμαρτημένων λέξεων §. 47: ἁμαρτάνουσιν

οἱ λέγοντες πεῖν βούλομαι μονοσυλλάβως, δέον λέγειν πιεῖν δισυλλάβως· μόνως γὰρ οὕτως καὶ παρὰ τοῖς ἀρχαίοις πᾶσιν εἴρηται, καὶ παρὰ τῷ ποιητῇ

πιεῖν ὅτε θυμὸς ἀνώγοι

(Il. 8,189. Od. 8, 70). Item in Lucillio 28, 3. codex palatinus, quem Jacobsius Anthol. Palat. II, p. 362. (cf. III, p. 684.) sequutus est, πεῖν pro πῖν praebet:

Τούτοις τοῖς παρὰ δεῖπνον ἀοιδομάχοις λογολέσχαις,
τοῖς ἀπ' Ἀριστάρχου γραμματολικριφίσιν,
οἷς οὐ σκῶμμα λέγειν, οὐ πεῖν φίλον, ἀλλ' ἀνάκεινται,
νηπυτιευόμενοι Νέστορι καὶ Πριάμῳ,
μή με βάλης κατὰ λέξιν ἕλωρ καὶ κύρμα γενέσθαι.
Σήμερον οὐ δειπνῶ μῆνιν ἄειδε θεά.

Passovio, qui (Lex. Gr. II, 617. ed. 4.) πῖν quod probavisset jocose e πῖναι in breve contractum esse putat, illud obstat, quod Graeci verbi πίνω secundum Aoristum ἔπιον, non primum ἔπινα formarunt. Deinde codicem alexandrinum, qui Joh. 4, 9. πῖν habet, v. 5. 7. et 10. πιεῖν praebere, a Lachmanno utrobique retentum, etiam atque etiam considerandum est. Itaque librarius pro πιεῖν, quod piin pronuntiaret, semel male ΠΙΝ scripsit. — Joh. 12, 41. Els. Ταῦτα εἶπεν Ἡσαΐας, ὅτε εἶδε τὴν δόξαν αὐτοῦ καὶ ἐλάλησε περὶ αὐτοῦ. Lachmannus et Tischendorfius ex A. B. al. ὅτι (pro ὅτε) scripserunt, quo sententia evertitur. Nam dixit Jesajas, quae v. 40. ex eo (6, 10.) allata sunt, *eo tempore*, quo Messiae majestatem vidit (Jes. 6, 1 sq.) et de eo vaticinatus est (Jes. 6, 10 sq.), non dixit propterea, quod quia Messiae majestatem videret deque eo vaticinaretur gauderet. Saepenumero scribae ὅτι et ὅτε confuderunt (cf. 1 Cor. 3, 13. varr. lect.). Joh. 12, 35. 36. Griesb. ἔτι μικρὸν χρόνον τὸ φῶς ἐν ὑμῖν ἐστι· περιπατεῖτε, ἕως (Lachm. et Tischend. ex A. B. al. ὡς) τὸ φῶς ἔχετε, ἵνα μὴ σκοτία ὑμᾶς καταλάβῃ· καὶ ὁ περιπατῶν ἐν τῇ σκοτίᾳ οὐκ οἶδε, ποῦ ὑπάγει. Ἕως (Lachm. et Tischend. ὡς ex iisdem) τὸ φῶς ἔχετε, πιστεύετε εἰς τὸ φῶς, ἵνα υἱοὶ φωτὸς γένησθε. *Quamdiu*

lucem habetis Jesu h. l. dicendum est (cf. v. 32. et v. 35. ἔτι μικρὸν χρόνον τὸ φῶς ἐν ὑμῖν ἐστι), non *quandoquidem luce fruimini.* Ergo ὡς calami error est pro ἕως. Nam ὡς i. q. ἕως valere falso creditur, v. *Porsonum* ad Eur. Phoen. v. 89. — Apoc. 14, 13. ἵνα ἀναπαύσωνται] Lachm. ex A. ἵνα ἀναπαήσονται (sic), quod est ἀναπαύσονται corruptum. — Apoc. 13, 10. ἀποκτενεῖ] Lachm. ἀποκταίνει. *Καίνω* notissimum verbum est; *κταίνω* non agnosco. Latet in ἀποκταίνει aeolica forma, ἀποκτέννει (sic 35.), cf. not. ad Marc. p. 508 seq. Nempe Praesens h. l. requiritur. Lege verba praecedentia. — Apoc. 1, 5. Griesb. — τῷ ἀγαπῶντι ἡμᾶς καὶ λούσαντι ἡμᾶς ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ —. Lachmannus et Tischendorfius ex A. C. τῷ ἀγαπῶντι ἡμᾶς καὶ λύσαντι (!) ἐκ τῶν ἁμαρτιῶν ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ. Christus sanguine suo nos sceleris puros fecit nostraque peccata eluit (Hebr. 1, 3. 9, 13 sq.), non sanguine, quem profudisset, peccatorum vinculis nos exsolvit. Saepenumero librarii λύω et λούω commiscuerunt. Act. 16, 33. pro ἔλουσεν ἀπὸ τῶν πληγῶν D.* male habet ἔλυσεν ἀπὸ τῶν πληγῶν, Cant. *solvit plagas.* Cic. ad Att. 10, 13, 7. κοιλιολυσίαν nonnulli codices in κοιλιολουσίαν corrumpunt. — Hebr. 10, 2. κεκαθαρμένους] Lachm. ex A. C. κεκαθερισμένους, quod esse κεκαθαρισμένους (ita D.* E.) mendose scriptum Bleekium non fugit (II. p. 622.). — Tit. 2, 4. ἵνα σωφρονίζωσι τὰς νέας] Lachm. ex A. ἵνα σωφρονίζουσιν (sic) τὰς νέας. Ibid. v. 5. οἰκουρούς i. e. *domi assidentes*] Lachm. et Tischend. ex A. C. al. οἰκουργούς (sic) Bretschneiderus Lex. man. p. 286. ed. 3.: „codd. Tit. 2, 5. e vitio scribendi οἰκουργούς pro οἰκουρούς. Οἰκουργούς vox nulla est." Sane in Clem. Rom. ep. I. ad Cor. c. 1. fin. haec vulgo leguntur: — ἔν τε τῷ κανόνι τῆς ὑποταγῆς ὑπαρχούσας (τὰς γυναῖκας) τὰ κατὰ τὸν οἶκον σεμνῶς οἰκουργεῖν ἐδιδάσκετε, πάνυ σωφρονούσας. Sed corrigo οἰκουρεῖν (cf. οἰκουρεῖν πόλιν = οἰκεῖν πόλιν). Οἰκουργεῖν inauditum verbum est; quod si in usu fuisset, ut οἰκονομεῖν, seriores scriptores saepe posuissent. Item οἰκουργός inaudita vox est. Οἰκουρούς eo firmatur, quod veteres summam esse mulieris laudem recte judicarunt, si esset οἰκουρός (v. Wetst. ad h. l.).

Rom. 12, 5. Elsev. — *οὕτως οἱ πολλοὶ ἓν σῶμά ἐσμεν ἐν Χριστῷ, ὁ δὲ καθ᾽ εἷς ἀλλήλων μέλη.* Lachm. et Tischend. ex A. B. al. *οὕτως οἱ πολλοὶ ἓν σῶμά ἐσμὲν ἐν Χριστῷ, τὸ δὲ καθ᾽ εἷς ἀλλήλων μέλη.* Probavit futilem lectionem non solum Rueckertus, sed etiam Meyerus. Ille vertit: was aber *das Einzele* betrifft (!), hic transtulit: was aber *jeden Einzelen (?)* betrifft. *Ὁ καθ᾽ εἷς* soloecismus est pro *ὁ καθ᾽ ἕνα* serioribus Graecis usitatus (cf. quae ad Marcum p. 613 sq. observavi), *τὸ καθ᾽ εἷς* nemo dixit. Frustra enim viri docti ut commentitiam formulam excusarent, ad *τὸ καθ᾽ ἡμέραν, τὸ εἰς ἐμέ, τὸ κατὰ φύσιν,* quae dissimillima sunt, provocarunt (v. Bernhardyi Wissensch. Syntax p. 329.). *Τὸ δὲ καθ᾽ εἷς* inanes soni sunt, qui ne verti quidem possunt: *quod autem attinet ad quisque (!), quod autem dicitur quisque (!).* Etiamsi *τὸ καθ᾽ εἷς* proba et usitata formula esset, tamen h. l. ferri non posset, ubi Masculina, quae praecedunt et sequuntur *ὁ δὲ καθ᾽ εἷς* genuinum esse ostendunt (v. 5. *οἱ πολλοὶ ἓν σῶμά ἐσμεν,* v. 6. *ἔχοντες δὲ* — v. 7. *ὁ διδάσκων,* v. 8. *ὁ παρακαλῶν*) Portentosum *τό* calami error est, quem praecedens syllaba (*Χριστῷ*) peperit. Vide comment. meum ad h. l. Plurima addere potuissem librariorum menda, quae a Criticis olim ipso silentio condemnata Lachmannus textis intulit, sed qui commentationem, non librum scribere voluissem haec, quae commemoravi, attulisse contentus esse debui. Quantopere Lachmannus N. T. depravaverit, vel ex his incorrupti judicii vir facile aestimet. Corruptelae sunt enim, non lectiones, quae inerti videlicet critico corrupta loca indicent.

Venio nunc ad ejusmodi lectiones, quas, quum grammaticis rationibus vel defendi vel saltem excusari possint, aut fortasse verae fortasse falsae sint, tamen Lachmannus recepit. Quod Critico non faciendum est. Nam cui nondum satis exploratum sit, utrum lectio recepta an alicujus codicis scriptura genuina sit, is sine ulla profecto ratione in ejus, quod *fortasse verum* sit, locum quod *fortasse falsum* sit substituat.

I. b.

LECTIONES FORTASSE VERAE, FORTASSE A SCRIBARUM ERRORE PROFECTAE *).

1 Corinth. 7, 31. *οἱ χρώμενοι τῷ κόσμῳ τούτῳ*] Lachmannus, quem Rueckertus et Tischendorfius imitati sunt, ex A. B. *οἱ χρώμενοι τὸν κόσμον* edidit. (D.* F. G. *οἱ χρώμενοι τὸν κόσμον τοῦτον*). Etiam Meyerus *οἱ χρώμενοι τὸν κόσμον* probavit *correctores*

---

*) Duo hîc loca ponere placet, in quibus Lachmanni crisis casu in verum incidit. 1 Tim. 6, 7. Elsev. *Οὐδὲν γὰρ εἰςηνέγκαμεν εἰς τὸν κόσμον· δῆλον, ὅτι οὐδὲ ἐξενεγκεῖν τι δυνάμεθα.* Recte Lachmannus et Tischendorfius ex A. F. G. al. *Οὐδὲν γὰρ εἰςηνέγκαμεν εἰς τὸν κόσμον, ὅτι οὐδὲ ἐξενεγκεῖν τι δυνάμεθα.* Nam I. variantes lectiones *δῆλον*, quod jam Griesbachio suspectum visum est, delendum esse indicio sunt. *Δῆλον* omittunt A. F. G. 17. al. Pro eo D* *ἀληθὲς* habet: Itala *verum, quoniam nec:* Vulgata: *haud dubium quod nec:* Augustinus: *sed nec* i. e. *ἀλλ' οὐδέ Δῆλον, ἀληθές* et *ἀλλ' οὐδέ* librariorum supplementa sunt, quibus sententiae, quam laborare credidissent, subvenirent. At ea II. optima est, si Lachmanni scripturam sequutus fueris. Continent enim verba *acute dictum*, quod attento lectori ipse verborum lusus (*εἰςηνέγκαμεν* et *ἐξενεγκεῖν*) prodit. Ad percontationem: *διὰ τί οὐδὲν εἰςηνέγκαμεν εἰς τὸν κόσμον;* ita respondetur: *ὅτι οὐδὲ ἐξενεγκεῖν τι δυνάμεθα.* Etiam contexta oratio lectionem Lachmannianam recipit: *multum est autem lucri in pietate, si paucis contentus sis* (v. 6.). *Nam nos nullas opes quum nasceremur in mundum importare Deus idcirco voluit, quia ne exportare quidem quidquam possumus morientes.* (Itaque nos nostra, licet tenui, sorte contentos esse decet.) Nihil igitur vidit *Matthiesius*, Lachmannianam lectionem propterea ferri non posse opinatus, quia scriptor inversis membris non dixisset: *οὐδὲν γὰρ ἐξενεγκεῖν δυνάμεθα, ὅτι οὐδὲν εἰςηνέγκαμεν εἰς τὸν κόσμον.* — Act. 7, 26. Elsev. *καὶ συνήλασεν αὐτοὺς εἰς εἰρήνην et compulit eos ad concordiam.* Recte Lachm. ex B. C. al. *καὶ συνήλλασσεν* (Impf. verbi *συναλλάσσω*) *αὐτοὺς εἰς εἰρήνην.* Quod verum esse grammaticum argumentum evincit. Nam injuriae auctorem Mosen reconciliatorem aversatum esse, *voluisse* igitur Mosen pugnantes in concordiam redigere, *non potuisse* e. vs. 27. intelligimus. *De conatu* autem Imperfectum, non Aoristum poni constat (v. not. ad Marc. p. 394. et Wineri gr. 255.). Scripsit igitur Lucas *καὶ συνήλλασσεν αὐτοὺς εἰς εἰρήνην et reconciliare eos studuit in gratiam.*

usitatam structuram (τῷ κόσμῳ) invexisse ratus. Sane seriores, seu infimi potius scriptores, ut scholiastae (v. Gregorium Corinthium ed. Schaef. p. 691. ἀντὶ μὲν τοῦ ἡ τὸ ᾱ χρῶνται, ὅταν λέγωσιν ἅλιον ἀντὶ τοῦ ἥλιον κτλ.) χρῆσθαι cum Accusativo jungunt (v. Schaeferum ad Greg. l. c.). In Xenophonte haec constructio ferri nequit. Itaque in Xenophontis Agesilao 11, 11. (non Hierone, ut ait Winerus gr. p. 189. cumque secutus Meyerus) Schneiderus post Stephanum pro καὶ τὸ μεγαλόφρον οὐ σὺν ὕβρει ἀλλὰ σὺν γνώμῃ ἐχρῆτο e conjectura reposuit καὶ τῷ μεγαλόφρονι κτλ. Quum Paulus alias χρῆσθαι cum Dativo copulaverit 1 Cor. 9, 12. 15. 2 Cor. 1, 17. 3, 12. [1 Tim. 1, 8. 5, 23.] librarios semel χρῆσθαί τι, constructionem eorum aetate usitatam, Paulo per negligentiam tribuisse censeo, quum praesertim formula χρῆσθαί τι, quippe infimis scriptoribus usitata, a N. T. abhorrere videatur. — 2 Cor. 12, 13 ἡσσώθητε] F. G. ἡττώθητε e glossemate. Lachm. et Tischend. ex B. D.* 17. ἡσσώθητε. Haec ἑσσοῦμαι pro ἡσσῶμαι (ἡττῶμαι) et ἑσσώθην pro ἡσσήθην (ἡττήθην) dici constat (v. Buttmanni Ausf. gr. Sprachl. I, 2. p. 194 ed. Lobeck. et Herodot. 2, 169. 8, 130.). Sed formam mixtam ἡσσώθην non prius agnoscam, quam aliunde firmata sit. Aut forma ionica ἑσσώθητε in ἡσσώθητε latet, aut, si ἡσσώθητε calami error sit (v. Meyerum), fuisse antiquitus, qui ἡσσήθητε pro ἡττήθητε legerent, demonstrat. — Luc. 8, 38. Elzev. ἐδέετο] B. L. ἐδεῖτο praebent, formam contractam; A. P. ΕΔΕΕΙΤΟ, quod potest ionicum videri (ἐδέετο), ut Homerus φιλέει pro φιλεῖ dixit. (Lachmannianum ἐδεεῖτο, quantum scio, nihil plane est). Sed Lucam ἐδέετο, formam ionicam, serioribus scriptoribus contra Atticistarum praecepta usitatam, posuisse admodum verisimile est (v. Lobeckium ad Phryn. p. 220 sq. cl. Schaefero ad Greg. Cor. p. 431.). Hinc in ἐδεεῖτο lectiones ἐδεῖτο et ἐδέετο confusas esse arbitror: ΕΔΕΕΤΟ. — 2 Tim. 1, 16. ἐπαισχύνθη] A. D. al. ἐπαισχύνθη, quod Griesbachius in ... commendavit, Lachmannus recepit. Potest ἐπαι... ionica forma esse (v. Herodot. 6, 13. αἴτεον, 3, 87.

αἴνεον et Buttmanni gr. I, p. 322.). Sed omnes libri Luc. 13, 17. κατῃσχύνοντο et 2 Cor. 7, 14. κατῃσχύνθην offerunt. Ex eo librarios 2 Tim. 1, 16. ἐπαισχύνθη vitiose pro ἐπῃσχύνθη scripsisse probabile est (v. Bastii comment. palaeogr. pone Greg. Cor. ed. Schaef. p. 752. —) Hebr. 11, 34. (ex A. D.*) 37. (ex D.*) μαχαίρης et Apoc. 13, 10. 14. (ex A. C.) μαχαίρῃ Lachm. dedit, formas ionicas (cf. σπείρης Act. 10, 1. 21, 31. 27, 1.). In Luca 21, 24. omnes codices in μαχαίρας consentiunt, nisi quod D. ῥομφαίας habet. Ceterum Lachmannum ut sibi constaret Luc. 22, 49. ex D. E. et Act. 12, 2. ex A. C. μαχαίρῃ scribere oportuisse Bleekius in comment. in ep. ad Hebr. II, p. 823. recte observavit. — Luc. 16, 20. ἡλκωμένος] Lachm. et Tischend. ex A. B. al. εἱλκωμένος. Probabo quum primum satis munitum videro. Ex eo quod verborum ἕλκω et ἑλκύω legitimum augmentum ει est, εἷλκον Act. 21, 30. εἷλξα, εἵλκυσα Joh. 21, 11., εἵλκυσμαι (v. Buttm. l. c. p. 320.), non sequitur, dissimili verbo ἑλκόω, quod a τὸ ἕλκος ductum est et per η augetur, idem augmentum datum esse. Mihi quidem scribae quum εἱλκωμένος scriberent ex ἑλκόω in ἕλκω deerrasse videntur; animum adverte ad ἑλκόμενος, quod 239. suppeditat. — Act. 1, 3. τεσσαράκοντα] Lachm. ex A. D.* τεσσεράκοντα, quae *ionica* forma est. Eam a Luca profectam esse non credo, quum codices in ceteris *ejusdem libri* locis (Act. 4, 22. 7, 30. 42. 13, 21. 23, 13. 21.) summo consensu τεσσαράκοντα teneant, nisi quod Act. 23, 13. A. et C. τεσσεράκοντα habent a Lachmanno neglectum. — 2 Cor. 9, 2. ὁ ἐξ ὑμῶν ζῆλος] Lachm. τὸ ὑμῶν ζῆλος. Τὸ ex uno B. hausit et ἐξ ejecit cum B. C. Syr. al. Alexandrini τὸ ἔλεος et, ut videtur, τὸ πλοῦτος (v. Wineri gr. p. 64.) dixerunt: igitur fortasse etiam τὸ ζῆλος usurparunt. Sed hoc iis in usu fuisse prius demonstrandum est, quam, praesertim ex uno codice, recte recipias. Nunc τό ex ι in καί, quod praecedit, bis scripto natum esse cum Meyero existimo. Receptam lectionem ὁ ἐξ ὑμῶν ζῆλος fulcit 2 Cor. 8, 7. — 2 Tim. 4, 1. Elsev. Διαμαρτύρομαι οὖν ἐγὼ ἐνώπιον τοῦ θεοῦ καὶ τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ μέλλοντος κρίνειν ζῶντας καὶ νεκροὺς κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ καὶ τὴν βα-

inde virum i. e. *viri titulum* sonare *βασιλέα σαλήμ*, hoc esse *regem pacis* (nam *σαλήμ* chaldaice שְׁלָם *pacem* significare: esse igitur *βασιλέα σαλήμ regem pacis*, מְלֵךְ שְׁלָם Dan. 6, 26 et Messiam in V. T. שַׂר־שָׁלוֹם *principem pacis* Jes. 9, 5. appellari neminem nescire). De industria scriptor, quod Winerus non reputavit, v. 2. *βασιλεὺς σαλήμ* repetiit, priusquam explicaret, quia non, ut vs. 1., pro rege, qui *Salemi* regnaret, sumsit, sed in urbis שָׁלֵם nomine simul *σαλήμ* i. e. chaldaicum vocabulum שְׁלָם quod *pacem* denotet, latere indicavit. Itaque vs. 1. *Βασιλεὺς Σαλήμ*, vs. 2. *βασιλεὺς σαλήμ* scribendum est. Jam Lachmannus v. 1. pro *ὁ συναντήσας* ex A. et aliis *ὃς συναντήσας* dedit, qui manifestus calami error est. *Ὃς* ex prima Participii *συναντήσας* litera bis scripta ortum est. *Ὃς* structuram evertit. Deest enim verbum ad *ὃς* pertinens. Noli ad anocoluthon confugere, quum scriptorem *ὃς συναντήσας Ἀβραὰμ ὑποστρέφοντι ἀπὸ τῆς κοπῆς τῶν βασιλέων καὶ εὐλογήσας αὐτόν* pro *ὅς, συναντήσας Ἀβραὰμ ὑποστρέφοντι ἀπὸ τῆς κοπῆς τῶν βασιλέων, εὐλόγησεν αὐτὸν* scripsisse tibi finxeris. Hoc enim anacoluthon, quo scriptor paucissimis verbis interjectis inchoatae structurae oblitus fuerit, longe asperrimum est. Minus etiam Bleekii inventum placet, qui lectione *ὃς* suscepta locum sic interpungi posse sibi persuasit: *οὗτος γὰρ ὁ Μελχισεδέκ, βασιλεὺς Σαλήμ, ἱερεὺς τοῦ θεοῦ τοῦ ὑψίστου,* (*ὃς συναντήσας Ἀβραὰμ ὑποστρέφοντι ἀπὸ τῆς κοπῆς τῶν βασιλέων καὶ εὐλογήσας αὐτόν, ᾧ καὶ δεκάτην ἀπὸ πάντων ἐμέρισεν Ἀβραάμ, πρῶτον μὲν ἑρμηνευόμενος βασιλεὺς δικαιοσύνης, ἔπειτα δὲ καὶ βασιλεὺς σαλήμ, ὅ ἐστι βασιλεὺς εἰρήνης*) [scil. *ἐστίν*], *ἀπάτωρ — — μένει ἱερεὺς εἰς τὸ διηνεκές.* Quippe verba *ὃς συναντήσας — — βασιλεὺς εἰρήνης* (scil. *ἐστίν*) non esse parenthetica ex eo apparet, quod scriptor v. 4—7. ex verbis v. 1 et 2. *καὶ εὐλογήσας αὐτόν, ᾧ καὶ δεκάτην ἀπὸ πάντων ἐμέρισεν Ἀβραάμ* argumentatur. — Hebr. 12, 7. 8. Elsev. *Εἰ παιδείαν ὑπομένετε ὡς υἱοῖς ὑμῖν προσφέρεται ὁ θεός· τίς γάρ ἐστιν υἱός, ὃν οὐ παιδεύει πατήρ; εἰ δὲ χωρίς ἐστε παιδείας, ἧς μέτοχοι γεγόνασι πάντες, ἄρα νόθοι ἐστὲ καὶ οὐχ*

υἱοί. Versu 7. v. *εἰ παιδείαν ὑπομένετε* genuina esse membrum oppositum v. 8. *εἰ δὲ χωρίς ἐστε παιδείας* et scriptoris disputatio (cf. v. 6.) ostendit. Is sententiam vs. 6. enuntiatam *Deum quem diligat castigare et unumquemque filium quem probet flagellis caedere* v. 7. 8. in lectores sic transfert: *si Deus*, inquit, *vos castigat ut filios vos tractat:* nullus est enim filius, quem non castiget pater; *sin vos non castiget*, quum omnes ab eo filii castigentur, spurios vos esse, non filios patet. Jam pro *εἰ παιδείαν* A. D. E. et multi alii *εἰς παιδείαν* habent, haud dubium calami errorem, ut Bengelius recte judicavit. *Εἰς παιδείαν* absurdum est, sive ad vs. 6. referas, sive v. *εἰς παιδείαν ὑπομένετε* arcte conjungas. Dubitari autem nequit, quin qui primi oscitanter *εἰς παιδείαν* pro *Εἰ παιδείαν* scripsissent, verba sic consociaverint: *μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱόν, ὃν παραδέχεται εἰς παιδείαν* (quem in educationem, ergo educandum suscipit). *Ὑπομένετε· ὡς υἱοῖς ὑμῖν προςφέρεται ὁ θεὸς κτλ.* Hoc multis de causis fieri non potest. Primo enim *ὃν παραδέχεται* idem fere esse, quod in priore membro *ὃν ἀγαπᾷ* membrorum concinnitas demonstrat. Itaque v. *ὃν παραδέχεται* sui juris sunt *(quem probat)* neque recte vocc. *ὃν παραδέχεται εἰς παιδείαν* conjunguntur (quem educandum suscipit). Deinde toto loco v. 5—11. vocabula *παιδεύω*, *παιδεία* et *παιδευτής* *castigare*, *castigationem* et *castigatorem*, non *educare*, *educationem* et *educatorem* notant. Hinc *παιδεία* etiam v. 7. *castigationem* declaret necesse est. Tum abrupta et hiulca haec oratio est: *Ὑπομένετε· ὡς υἱοῖς ὑμῖν προςφέρεται ὁ θεός·* Postremo manifesta et necessaria sententiarum v. 7. et 8. oppositio perit. Id ipsum fit, si quis v. *εἰς παιδείαν ὑπομένετε* consociaverit. Hoc a Matthaeio, Lachmanno et Tischendorfio factum est. Matthaeius, qui unus ante Lachmannum *εἰς παιδείαν* textis intulit (nam Griesbachius *εἰς* tantum in margine commendavit) locum sic interpunxit: — *παραδέχεται· εἰς παιδείαν ὑπομένετε, ὡς υἱοῖς ὑμῖν προςφέρεται ὁ θεός· τίς κτλ.* Lachmannus et Tischendorfius verba hoc modo distinxerunt: — *παραδέχεται. εἰς παιδείαν ὑπομένετε, ὡς υἱοῖς ὑμῖν προςφέρεται ὁ θεός· τίς κτλ.* Verba *εἰς παιδείαν ὑπομένετε* non posse significare *in disciplina perseverate* (sic versio

4

vulgata) certum est: possunt denotare: *exspectate castigationem, jubeo vos castigationem praestolari,* ut ea Matthaeius ed. min. explicuit, qui ad LXX Jerem. 14, 19. *ὑπεμείναμεν εἰς εἰρήνην, καὶ οὐκ ἦν ἀγαθά, εἰς καιρὸν ἰάσεως, καὶ ἰδοὺ ταραχή.* et Thren. 3, 26. *ὑπομενεῖ καὶ ἡσυχάσει εἰς τὸ σωτήριον κυρίου.* provocavit. At h. l. scriptor lectores Dei castigationem exspectare male jubeat, cui post ea, quae vs. 6. scripsit, si lectores a Deo *castigentur*, ut filios ab eo tractari, *sin non castigentur*, non esse eos Dei filios dicendum sit. Praeterea haec oratio: *εἰς παιδείαν ὑπομένετε. Ὡς υἱοῖς ὑμῖν προςφέρεται ὁ θεός* (scil. *εἰ παιδεύει ὑμᾶς*) *τίς κτλ.* abrupta est. Valeat igitur absurdum mendum *εἰς παιδείαν.* — Hebr. 12, 16. — *μή τις πόρνος* (scil. *ἐνοχλῇ* v. 15.) *ἢ βέβηλος ὡς Ἠσαῦ ὃς ἀντὶ βρώσεως μιᾶς ἀπέδοτο* (Lachmannus *ἀπέδετο* sic) *τὰ πρωτοτόκια ἑαυτοῦ.* Bleekius II, p. 917. „Worauf es beruht, dass Lachm. *ἀπέδετο* statt *ἀπέδοτο* aufgenommen hat (nicht durch Druckfehler) *weiss ich nicht;* angegeben finde ich eine solche Lesart nirgends.“ Hausit Lachmannus *ἀπέδετο*, manifestum calami errorem, ex A.; cf. Woidii notitiam codicis alexandrini a *Spohnio* editam p. 436. — Hebr. 6, 14. Elsev. *ἦ μὴν εὐλογῶν εὐλογήσω σε καὶ πληθύνων πληθυνῶ σε.* Lachmannus, quem Tischendorfius imitatus est, ex A. B. C. *εἰ μὴν εὐλογῶν* etc. suscepit. Hoc ego ineptum librariorum mendum voco invito licet Bleekio. Citatur Genes. 22, 17. LXX., ubi notissimum istud *ἦ μὴν sane vero* in omnibus codicibus et editionibus legitur. *Εἰ μήν* nihil est nisi frequentissimus scribarum saepissime *ει* pro *η* ex itacismo exarantium error. At Etymologicum magnum 416, 41—52. *εἰ μή* sua auctoritate confirmat (cf. Bleekium): *Ἦ μήν, ὄντως δή· τὸ ἢ σύνδεσμος βεβαιωτικός· τὸ μήν, σύνδεσμος παραπληρωματικός.* — — — — *Ἦ, ἐπίῤῥημα ὁρκικόν· ὅπερ καὶ διὰ διφθόγγου γράφεται, Εἶ μὴν εὐλογῶν εὐλογήσω σε: — ἢ ὄντως καὶ ἀληθῶς. καὶ ἔστιν ἐπίῤῥημα βεβαιώσεως.* Non dicam h. l., quo nihil verius est, veteres grammaticos male de particulis solere praecipere; illud contendo, me non moveri Etymologi auctoritate, quod non dixerit *εἶ μήν, διὰ διφθόγγου· οὕτως ἡ συνήθεια,* s. *οὕτως οἱ Ἀλεξανδρεῖς,* sed tantummodo ad nostrum locum provocaverit. Nihil igitur

ex eo discimus, nisi eum h. l. *EI MHN* in N. T. codicibus invenisse. Quamquam si Alexandrini pro ἦ μήν (ē mēn) εἶ μήν (ī mēn) et pronuntiassent et scripsissent, εἶ μήν, quod in Etymologico magno est, non Lachmannianum et Bleekianum εἰ μήν, quod nihili est, nobis exhibendum esset. Nam *Ει* in formula εἶ μήν scriptura tantummodo et pronuntiatione ab ἦ μήν differret nullamque societatem cum particula conditionali εἰ, *si* haberet. Deinde quod Bleekius non solum nonnullos versionis alexandrinae codices εἰ μήν pro ἦ μήν afferre, verum etiam editores aliquot locis (v. c. Ezech. 33, 27. ζῶ ἐγώ, εἰ μὴν οἱ ἐν ταῖς ἠρημωμέναις μαχαίραις πεσοῦνται.) scripsisse affirmavit, id non hanc vim habet, ut εἰ μήν verum sit, sed ut multos librarios male εἶ μήν pro ἦ μήν exarasse et dormitasse editores intelligamus. Falso Bleekius Latinos, qui *nisi* habeant (cf. v. c. Vulgatam: *nisi* benedicens benedicam te), εἰ μήν agnovisse putavit. Hi vero εἰ μή expresserunt, sive ipsi absurdum εἰ μήν in εἰ μή correxissent, sive εἰ μή in graecis codicibus invenissent. Lectio εἰ μὴ εὐλογῶν εὐλογήσω σε κτλ. per se aptissima est: *ni valde* te beabo tuosque posteros insigniter multiplicabo (scil. non ego dicar Jehovah). Cf. אם-לא Jos. 14, 9., ἐὰν μή Ezech. 17, 19., Conjectanea mea I, p. 32., Aristoph. Acharn. 772. Dind. περίδου μοι —, αἰ μή 'στιν οὗτος χοῖρος Ἑλλάνων νόμῳ. et Romanorum *spondeo, ni* —, de quo vide doctam Beieri notam ad Cic. de offic. III, 19. Sed quum in Genesi 22, 17. ἦ μήν legatur et pro eo veteres librarii *EI MHN* male scripserint, dubitari non potest, quin εἰ μή absurdi εἰ μήν correctio sit. *H* et *EI* etiam in N. T. saepe a scribis confusa sunt; cf. v. c. 1 Cor. 9, 8. et 2 Cor. 3, 1. (ubi εἰ μή verum est) varr. lect. Adde 2 Cor. 2, 9. Elsev. εἰς τοῦτο γὰρ καὶ ἔγραψα, ἵνα γνῶ τὴν δοκιμὴν ὑμῶν, εἰ εἰς πάντα ὑπήκοοί ἐστε. Lachmannus ex A. B. — ἵνα γνῶ τὴν δοκιμὴν ὑμῶν, ἧ εἰς πάντα ὑπήκοοί ἐστε, quod *sententia* non recipit. — Joh. 4, 9. *Elsev.* πῶς σὺ Ἰουδαῖος ὢν παρ' ἐμοῦ πιεῖν αἰτεῖς οὔσης γυναικὸς Σαμαρείτιδος; Lachmannus ex uno A. pro πιεῖν edidit πῖν, certissimum scribae sphalma. Nam I. plebejus sermo πιεῖν in πεῖν, non in πῖν, contraxit; cf. Herodianum περὶ ἡμαρτημένων λέξεων §. 47: ἁμαρτάνουσιν

οἱ λέγοντες πεῖν βούλομαι μονοσυλλάβως, δέον λέγειν πιεῖν δισυλλάβως· μόνως γὰρ οὕτως καὶ παρὰ τοῖς ἀρχαίοις πᾶσιν εἴρηται, καὶ παρὰ τῷ ποιητῇ

πιεῖν ὅτε θυμὸς ἀνώγοι

(Il. 8,189. Od. 8, 70). Item in Lucillio 28, 3. codex palatinus, quem **Jacobsius** Anthol. Palat. II, p. 362. (cf. III, p. 684.) sequutus est, *πεῖν* pro *πῖν* praebet:

Τούτοις τοῖς παρὰ δεῖπνον ἀοιδομάχοις λογολέσχαις,
τοῖς ἀπ' Ἀριστάρχου γραμματολικριφίσιν,
οἷς οὐ σκῶμμα λέγειν, οὐ πεῖν φίλον, ἀλλ' ἀνάκεινται,
νηπυτιεύμενοι Νέστορι καὶ Πριάμῳ,
μή με βάλῃς κατὰ λέξιν ἕλωρ καὶ κύρμα γενέσθαι.
Σήμερον οὐ δειπνῶ μῆνιν ἄειδε θεά.

Passovio, qui (Lex. Gr. II, 617. ed. 4.) *πῖν* quod probavisset jocose e *πῖναι* in breve contractum esse putat, illud obstat, quod Graeci verbi *πίνω* secundum Aoristum *ἔπιον*, non primum *ἔπινα* formarunt. Deinde codicem alexandrinum, qui Joh. 4, 9. *πῖν* habet, v. 5. 7. et 10. *πιεῖν* praebere, a **Lachmanno** utrobique retentum, etiam atque etiam considerandum est. Itaque librarius pro *πιεῖν*, quod piin pronuntiaret, semel male *ΠΙΝ* scripsit. — Joh. 12, 41. Els. *Ταῦτα εἶπεν Ἡσαΐας, ὅτε εἶδε τὴν δόξαν αὐτοῦ καὶ ἐλάλησε περὶ αὐτοῦ.* **Lachmannus** et **Tischendorfius** ex A. B. al. *ὅτι* (pro *ὅτε*) scripserunt, quo sententia evertitur. Nam dixit Jesajas, quae v. 40. ex eo (6, 10.) allata sunt, *eo tempore*, quo Messiae majestatem vidit (Jes. 6, 1 sq.) et de eo vaticinatus est (Jes. 6, 10 sq.), non dixit propterea, quod quia Messiae majestatem videret deque eo vaticinaretur gauderet. Saepenumero scribae *ὅτι* et *ὅτε* confuderunt (cf. 1 Cor. 3, 13. varr. lect.). Joh. 12, 35. 36. **Griesb.** *ἔτι μικρὸν χρόνον τὸ φῶς ἐν ὑμῖν ἐστι· περιπατεῖτε, ἕως* (**Lachm.** et **Tischend.** ex A. B. al. *ὡς*) *τὸ φῶς ἔχετε, ἵνα μὴ σκοτία ὑμᾶς καταλάβῃ· καὶ ὁ περιπατῶν ἐν τῇ σκοτίᾳ οὐκ οἶδε, ποῦ ὑπάγει. Ἕως* (**Lachm.** et **Tischend.** *ὡς* ex iisdem) *τὸ φῶς ἔχετε, πιστεύετε εἰς τὸ φῶς, ἵνα υἱοὶ φωτὸς γένησθε.* ***Quamdiu***

lucem habetis Jesu h. l. dicendum est (cf. v. 32. et v. 35. ἔτι μικρὸν χρόνον τὸ φῶς ἐν ὑμῖν ἐστι), non *quandoquidem luce fruimini.* Ergo ὡς calami error est pro ἕως. Nam ὡς i. q. ἕως valere falso creditur, v. *Porsonum* ad Eur. Phoen. v. 89. — Apoc. 14, 13. ἵνα ἀναπαύσωνται] Lachm. ex A. ἵνα ἀναπαή σονται (sic), quod est ἀναπαύ σονται corruptum. — Apoc. 13, 10. ἀποκτενεῖ] Lachm. ἀποκτ α ίνει. *Καίνω* notissimum verbum est; κταίνω non agnosco. Latet in ἀποκτ α ίνει aeolica forma, ἀποκτέ ν νει (sic 35.), cf. not. ad Marc. p. 508 seq. Nempe Praesens h. l. requiritur. Lege verba praecedentia. — Apoc. 1, 5. Griesb. — τῷ ἀγαπῶντι ἡμᾶς καὶ λο ύ σαντι ἡμᾶς ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ —. Lachmannus et Tischendorfius ex A. C. τῷ ἀγαπῶντι ἡμᾶς καὶ λ ύ σαντι (!) ἐ κ τῶν ἁμαρτιῶν ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ. Christus sanguine suo nos sceleris puros fecit nostraque peccata eluit (Hebr. 1, 3. 9, 13 sq.), non sanguine, quem profudisset, peccatorum vinculis nos exsolvit. Saepenumero librarii λύω et λούω commiscuerunt. Act. 16, 33. pro ἔλ ο υ σ ε ν ἀπὸ τῶν πληγῶν D.* male habet ἔλ υ σ ε ν ἀπὸ τῶν πληγῶν, Cant. *solvit plagas.* Cic. ad Att. 10, 13, 7. κοιλιολ υ σίαν nonnulli codices in κοιλιολ ο υ σίαν corrumpunt. — Hebr. 10, 2. κεκαθαρμένους] Lachm. ex A. C. κεκαθ ε ρισμένους, quod esse κεκαθ α ρισμένους (ita D.* E.) mendose scriptum Bleekium non fugit (II. p. 622.). — Tit. 2, 4. ἵνα σωφρονίζ ω σι τὰς νέας] Lachm. ex A. ἵνα σωφρονίζ ο υ σιν (sic) τὰς νέας. Ibid. v. 5. οἰκουροὺς i. e. *domi assidentes*] Lachm. et Tischend. ex A. C. al. οἰκουργούς (sic) Bretschneiderus Lex. man. p. 286. ed. 3.: „codd. Tit. 2, 5. e vitio scribendi οἰκουργούς pro οἰκουρούς. *Οἰκουργούς* vox nulla est.“ Sane in Clem. Rom. ep. I. ad Cor. c. I. fin. haec vulgo leguntur: — ἔν τε τῷ κανόνι τῆς ὑποταγῆς ὑπαρχούσας (τὰς γυναῖκας) τὰ κατὰ τὸν οἶκον σεμνῶς ο ἰ κ ο υ ρ γ ε ῖ ν ἐδιδάσκετε, πάνυ σωφρονούσας. Sed corrigo οἰκουρεῖν (cf. οἰκουρεῖν πόλιν = οἰκεῖν πόλιν). *Οἰκουργεῖν* inauditum verbum est; quod si in usu fuisset, ut οἰκονομεῖν, seriores scriptores saepe posuissent. Item οἰκουργός inaudita vox est. *Οἰκουρούς* eo firmatur, quod veteres summam esse mulieris laudem recte judicarunt, si esset οἰκουρός (v. Wetst. ad h. l.).

Rom. 12, 5. Elsev. — *οὕτως οἱ πολλοὶ ἓν σῶμά ἐσμεν ἐν Χριστῷ, ὁ δὲ καθ' εἷς ἀλλήλων μέλη.* Lachm. et Tischend. ex A. B. al. *οὕτως οἱ πολλοὶ ἓν σῶμά ἐσμὲν ἐν Χριστῷ, τὸ δὲ καθ' εἷς ἀλλήλων μέλη.* Probavit futilem lectionem non solum Rueckertus, sed etiam Meyerus. Ille vertit: was aber *das Einzele* betrifft (!), hic transtulit: was aber *jeden Einzelen (?)* betrifft. *Ὁ καθ' εἷς* soloecismus est pro *ὁ καθ' ἕνα* serioribus Graecis usitatus (cf. quae ad Marcum p. 613 sq. observavi), *τὸ καθ' εἷς* nemo dixit. Frustra enim viri docti ut commentitiam formulam excusarent, ad *τὸ καθ' ἡμέραν, τὸ εἰς ἐμέ, τὸ κατὰ φύσιν*, quae dissimillima sunt, provocarunt (v. Bernhardyi Wissensch. Syntax p. 329.). *Τὸ δὲ καθ' εἷς* inanes soni sunt, qui ne verti quidem possunt: *quod autem attinet ad quisque (!), quod autem dicitur quisque (!)*. Etiamsi *τὸ καθ' εἷς* proba et usitata formula esset, tamen h. l. ferri non posset, ubi Masculina, quae praecedunt et sequuntur *ὁ δὲ καθ' εἷς* genuinum esse ostendunt (v. 5. *οἱ πολλοὶ ἓν σῶμά ἐσμεν*, v. 6. *ἔχοντες δὲ* — v. 7. *ὁ διδάσκων*, v. 8. *ὁ παρακαλῶν*) Portentosum *τό* calami error est, quem praecedens syllaba (*Χριστῷ*) peperit. Vide comment. meum ad h. l. Plurima addere potuissem librariorum menda, quae a Criticis olim ipso silentio condemnata Lachmannus textis intulit, sed qui commentationem, non librum scribere voluissem haec, quae commemoravi, attulisse contentus esse debui. Quantopere Lachmannus N. T. depravaverit, vel ex his incorrupti judicii vir facile aestimet. Corruptelae sunt enim, non lectiones, quae inerti videlicet critico corrupta loca indicent.

Venio nunc ad ejusmodi lectiones, quas, quum grammaticis rationibus vel defendi vel saltem excusari possint, aut fortasse verae fortasse falsae sint, tamen Lachmannus recepit. Quod Critico non faciendum est. Nam cui nondum satis exploratum sit, utrum lectio recepta an alicujus codicis scriptura genuina sit, is sine ulla profecto ratione in ejus, quod *fortasse verum* sit, locum quod *fortasse falsum* sit substituat.

I. b.

LECTIONES FORTASSE VERAE, FORTASSE A SCRIBARUM ERRORE PROFECTAE *).

1 Corinth. 7, 31. *οἱ χρώμενοι τῷ κόσμῳ τούτῳ*] Lachmannus, quem Rueckertus et Tischendorfius imitati sunt, ex A. B. *οἱ χρώμενοι τὸν κόσμον* edidit. (D.* F. G. *οἱ χρώμενοι τὸν κόσμον τοῦτον*). Etiam Meyerus *οἱ χρώμενοι τὸν κόσμον* probavit *correctores*

---

*) Duo hîc loca ponere placet, in quibus Lachmanni crisis casu in verum incidit. 1 Tim. 6, 7. Elsev. *Οὐδὲν γὰρ εἰσηνέγκαμεν εἰς τὸν κόσμον· δῆλον, ὅτι οὐδὲ ἐξενεγκεῖν τι δυνάμεθα.* Recte Lachmannus et Tischendorfius ex A. F. G. al. *Οὐδὲν γὰρ εἰσηνέγκαμεν εἰς τὸν κόσμον, ὅτι οὐδὲ ἐξενεγκεῖν τι δυνάμεθα.* Nam I. variantes lectiones *δῆλον*, quod jam Griesbachio suspectum visum est, delendum esse indicio sunt. *Δῆλον* omittunt A. F. G. 17. al. Pro eo D* *ἀληθές* habet: Itala *verum, quoniam nec:* Vulgata: *haud dubium quod nec:* Augustinus: *sed nec* i. e. *ἀλλ' οὐδέ* *Δῆλον*, *ἀληθές* et *ἀλλ' οὐδέ* librariorum supplementa sunt, quibus sententiae, quam laborare credidissent, subvenirent. At ea II. optima est, si Lachmanni scripturam sequutus fueris. Continent enim verba *acute dictum*, quod attento lectori ipse verborum lusus (*εἰσηνέγκαμεν* et *ἐξενεγκεῖν*) prodit. Ad percontationem: *διὰ τί οὐδὲν εἰσηνέγκαμεν εἰς τὸν κόσμον;* ita respondetur: *ὅτι οὐδὲ ἐξενεγκεῖν τι δυνάμεθα.* Etiam contexta oratio lectionem Lachmannianam recipit: *multum est autem lucri in pietate, si paucis contentus sis* (v. 6.). *Nam nos nullas opes quum nasceremur in mundum importare Deus idcirco voluit, quia ne exportare quidem quidquam possumus morientes.* (Itaque nos nostra, licet tenui, sorte contentos esse decet.) Nihil igitur vidit *Matthiesius*, Lachmannianam lectionem propterea ferri non posse opinatus, quia scriptor inversis membris non dixisset: *οὐδὲν γὰρ ἐξενεγκεῖν δυνάμεθα, ὅτι οὐδὲν εἰσηνέγκαμεν εἰς τὸν κόσμον.* — Act. 7, 26. Elsev. *καὶ συνήλασεν αὐτοὺς εἰς εἰρήνην et compulit eos ad concordiam.* Recte Lachm. ex B. C. al. *καὶ συνήλλασσεν* (Impf. verbi *συναλλάσσω*) *αὐτοὺς εἰς εἰρήνην.* Quod verum esse grammaticum argumentum evincit. Nam injuriae auctorem Mosen reconciliatorem aversatum esse, *voluisse* igitur Mosen pugnantes in concordiam redigere, *non potuisse* e. vs. 27. intelligimus. *De conatu* autem Imperfectum, non Aoristum poni constat (v. not. ad Marc. p. 394. et Wineri gr. 255.). Scripsit igitur Lucas *καὶ συνήλλασσεν αὐτοὺς εἰς εἰρήνην et reconciliare eos studuit in gratiam.*

usitatam structuram (τῷ κόσμῳ) invexisse ratus. Sane serio res, seu infimi potius scriptores, ut scholiastae (v. Gregorium Corinthium ed. Schaef. p. 691. ἀντὶ μὲν τοῦ ῃ τὸ ᾱ χρῶνται, ὅταν λέγωσιν ἅλιον ἀντὶ τοῦ ἥλιον κτλ.) χρῆσθαι cum Accusativo jungunt (v. Schaeferum ad Greg. l. c.). In Xenophonte haec constructio ferri nequit. Itaque in Xenophontis Agesilao 11, 11. (non Hierone, ut ait Winerus gr. p. 189. eumque sequutus Meyerus) Schneiderus post Stephanum pro καὶ τὸ μεγαλόφρον οὐ σὺν ὕβρει ἀλλὰ σὺν γνώμῃ ἐχρῆτο e conjectura reposuit καὶ τῷ μεγαλόφρονι κτλ. Quum Paulus alias χρῆσθαι cum Dativo copulaverit 1 Cor. 9, 12. 15. 2 Cor. 1, 17. 3, 12. [1 Tim. 1, 8. 5, 23.] librarios semel χρῆσθαί τι, constructionem eorum aetate usitatam, Paulo per negligentiam tribuisse censeo, quum praesertim formula χρῆσθαί τι, quippe infimis scriptoribus usitata, a N. T. abhorrere videatur. — 2 Cor. 12, 12. ἡττήθητε] F. G. ἐλαττώθητε e glossemate. Lachm. et Tischend. ex B. D.* 17. ἡσσώθητε. Iones ἑσσοῦμαι pro ἡσσάομαι (ἡττάομαι) et ἑσσώθην pro ἡσσήθην (ἡττήθην) dixisse constat (v. Buttmanni Ausf. gr. Sprachl. I, 2. p. 194. ed. Lobeck. et Herodot. 2, 169. 8, 130.). Sed formam *mixtam* ἡσσώθην non prius agnoscam, quam aliunde firmata sit. Aut forma ionica ἑσσώθητε in ἡσσώθητε latet, aut, si ἡσσώθητε calami error sit (v. Meyerum), fuisse antiquitus, qui ἡσσήθητε pro ἡττήθητε legerent, demonstrat. — Luc. 8, 38. Elsev. ἐδέετο] B. L. ἐδεῖτο praebent, formam contractam: A. P. *ΕΔΕΕΙΤΟ*, quod potest ionicum videri (ἐδέειτο), ut Homerus φιλέει pro φιλεῖ dixit. (Lachmannianum ἐδεεῖτο, quantum scio, nihil plane est). Sed Lucam ἐδέετο, formam ionicam, serioribus scriptoribus contra Atticistarum praecepta usitatam, posuisse admodum verisimile est (v. Lobeckium ad Phryn. p. 220 sq. cl. Schaefero ad Greg. Cor. p. 431.). Hinc in εδεειτο lectiones ἐδέετο et

1

ἐδεῖτο confusas esse arbitror: *ΕΔΕΕΤΟ*. — 2 Tim. 1, 16. ἐπῃσχύνθη] A. D. al. ἐπαισχύνθη, quod Griesbachius in margine commendavit, Lachmannus recepit. Potest ἐπαισχύνθη ionica forma esse (v. Herodot. 6, 13. αἴτεον, 3, 87.

αἴνεον et Buttmanni gr. I, p. 322.). Sed omnes libri Luc. 13, 17. κατῃσχύνοντο et 2 Cor. 7, 14. κατῃσχύνθην offerunt. Ex eo librarios 2 Tim. 1, 16. ἐπαισχύνθη vitiose pro ἐπῃσχύνθη scripsisse probabile est (v. Bastii comment. palaeogr. pone Greg. Cor. ed. Schaef. p. 752. —) Hebr. 11, 34. (ex A. D.*) 37. (ex D.*) μαχαίρης et Apoc. 13, 10. 14. (ex A. C.) μαχαίρῃ Lachm. dedit, formas ionicas (cf. σπείρης Act. 10, 1. 21, 31. 27, 1.). In Luca 21, 24. omnes codices in μαχαίρας consentiunt, nisi quod D. ῥομφαίας habet. Ceterum Lachmannum ut sibi constaret Luc. 22, 49. ex D. E. et Act. 12, 2. ex A. C. μαχαίρῃ scribere oportuisse Bleekius in comment. in ep. ad Hebr. II, p. 823. recte observavit. — Luc. 16, 20. ἡλκωμένος] Lachm. et Tischend. ex A. B. al. εἱλκωμένος. Probabo quum primum satis munitum videro. Ex eo quod verborum ἕλκω et ἑλκύω legitimum augmentum ει est, εἷλκον Act. 21, 30. εἷλξα, εἵλκυσα Joh. 21, 11., εἵλκυσμαι (v. Buttm. l. c. p. 320.), non sequitur, dissimili verbo ἑλκόω, quod a τὸ ἕλκος ductum est et per η augetur, idem augmentum datum esse. Mihi quidem scribae quum εἱλκωμένος scriberent ex ἑλκόω in ἕλκω deerrasse videntur; animum adverte ad ἑλκόμενος, quod 239. suppeditat. — Act. 1, 3. τεσσαράκοντα] Lachm. ex A. D.* τεσσεράκοντα, quae *ionica* forma est. Eam a Luca profectam esse non credo, quum codices in ceteris *ejusdem libri* locis (Act. 4, 22. 7, 30. 42. 13, 21. 23, 13. 21.) summo consensu τεσσαράκοντα teneant, nisi quod Act. 23, 13. A. et C. τεσσεράκοντα habent a Lachmanno neglectum. — 2 Cor. 9, 2. ὁ ἐξ ὑμῶν ζῆλος] Lachm. τὸ ὑμῶν ζῆλος. Τὸ ex uno B. hausit et ἐξ ejecit cum B. C. Syr. al. Alexandrini τὸ ἔλεος et, ut videtur, τὸ πλοῦτος (v. Wineri gr. p. 64.) dixerunt: igitur fortasse etiam τὸ ζῆλος usurparunt. Sed hoc iis in usu fuisse prius demonstrandum est, quam, praesertim ex uno codice, recte recipias. Nunc τό ex ι in καί, quod praecedit, bis scripto natum esse cum Meyero existimo. Receptam lectionem ὁ ἐξ ὑμῶν ζῆλος fulcit 2 Cor. 8, 7. — 2 Tim. 4, 1. Elsev. *Διαμαρτύρομαι οὖν ἐγὼ ἐνώπιον τοῦ θεοῦ καὶ τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ μέλλοντος κρίνειν ζῶντας καὶ νεκροὺς κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ καὶ τὴν βα-*

σιλείαν αὐτοῦ, κήρυξον τὸν λόγον κτλ. h. e. obtestor igitur (te) coram Deo et domino Jesu Christo, qui judex futurus est mortuorum atque viventium *eo tempore,* quo de coelo reversus conspiciendum se praebebit suumque *condet regnum:* trade doctrinam divinam etc. Griesbachius et Lachmannus: *Διαμαρτύρομαι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ καὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ* (Lachm. *χριστοῦ Ἰησοῦ sic*) *τοῦ μέλλοντος κρίνειν ζῶντας καὶ νεκρούς, καὶ τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ καὶ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ, κήρυξον τὸν λόγον κτλ. Καί* pro *κατά* ex A. C. D.* Vulg. al. petitum est eaque lectio jam *Millio* placuerat. Continet ea structurae variationem. Conjungitur enim structura *διαμαρτύρομαι ἐνώπιόν τινος* (2 Tim. 2, 14.) cum altera *διαμαρτύρομαί τι* (obtestor *per* aliquid: sic recte Vulg.): obtestor (te) *coram Deo et Jesu Christo,* qui judex futurus est mortuorum atque viventium, *et per sollemnem ejus adventum regnumque quod condet:* trade doctrinam divinam etc. Sic v. c. Euripides Androm. v. 978. 979. *ὀνειδίζειν τινὰ εἴς τι* cum altera structura *ὀνειδίζειν τινί τι* composuit. Non nego equidem sollemnem Christi de coelo reditum regnumque messianum tantam N. T. scriptoribus religionem injecisse, ut *per eas res* obtestari possent. Sed nunquam hoc fecerunt. Contra Christum die quo de coelo in terrarum orbem rediturus esset judicium commissurum esse identidem monuerunt. 1 Cor. 4, 5. 2 Thess. 1, 7. Hinc vulgatam scripturam *κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ* genuinam esse efficitur. Quid quod eam nonnulla ejusdem capitis loca confirmant? 2 Tim. 4, 8. — *ὃν* (*τὸν τῆς δικαιοσύνης στέφανον*) *ἀποδώσει μοι ὁ κύριος ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ — οὐ μόνον δὲ ἐμοί, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς ἠγαπηκόσι τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ.* v. 18. *καὶ ῥύσεταί με ὁ κύριος ἀπὸ παντὸς ἔργου πονηροῦ καὶ σώσει εἰς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ τὴν ἐπουράνιον.* Sed haec pauca exempla nunc quidem sufficiant, ut mihi de aliis iisque gravioribus rebus dicturo nonnihil loci relinquam.

Sequitur, ut codicibus Lachmannianis adstupentium admirationem glossematis commemorandis, quibus depravati sunt, minuam, quorum alia Lachmannus quum sibi constaret receperit, alia secum ipse discors repudiaverit.

II.

GLOSSEMATA A LACHMANNO LEGUM SUARUM CRITICARUM MEMORI SUSCEPTA ET AB IMMEMORI MALE SPRETA.

Glossemata in antiquissimis omnium scriptorum codicibus inveniuntur. Nam seduli lectores in codicum marginibus obscura dilucidare semper consueverunt eorumque observationes scribae mox verborum ordini intulerunt. Tanto minus mirum est etiam in Lachmannianis codicibus, quorum ne unus quidem seculum quartum aetate superet, glossemata reperiri. Sed quemadmodum glossemata in Platone et Luciano plerumque ex ipso Platone et Luciano desumta sunt, ita pleraque N. T. glossemata e N. T. derivata sunt. Quippe pii et attenti N. T. lectores obscuriores librorum s. voces planioribus verbis, quibus scriptores s. aliis locis usi essent, explicuerunt. Hebr. 11, 13. Elsev. — *μὴ λαβόντες τὰς ἐπαγγελίας.* Hanc lectionem fulcit Hebr. 9, 15. Lachmannus ex A. *μὴ προςδεξάμενοι τὰς ἐπαγγελίας.* Est glossema ex Hebr. 10, 36. 11, 35. repetitum. Altera lectio (17. 39. 57. al.) *μὴ κομισάμενοι τὰς ἐπαγγελίας* glossema continet ex Hebr. 10, 36. 11, 39. ductum. — Hebr. 11, 23. Elsev. — *τὸ διάταγμα τοῦ βασιλέως.* Lachm. — *τὸ δόγμα τοῦ βασιλέως* (ita 34. et *fortasse* A., v. Woidii notitiam ed. Spohn. p. 435 sq.). *Τὸ δόγμα τ. β.* glossema esse nemo non videt; cf. Luc. 2, 1. Act. 17, 7. — Matth. 13, 36. Els. — *φράσον ἡμῖν τὴν παραβολὴν τῶν ζιζανίων τοῦ ἀγροῦ.* Lachm. ex B. *διασάφησον ἡμῖν τὴν παρ. τ. ζ. τ. ἀ. Διασάφησον* est certissimum glossema; cf. Matth. 18, 31. — 2 Cor. 11, 3. Elsev. — *ἀπὸ τῆς ἁπλότητος τῆς εἰς τὸν χριστόν.* Lachm. ex B. F. G. al. *ἀπὸ τῆς ἁπλότητος καὶ τῆς ἁγνότητος τῆς εἰς τὸν χριστὸν* dedit, lectionem L. Kustero probatam. Verba *καὶ τῆς ἁγνότητος* glossema complectuntur, quod versus 2. (*παρθένον ἁγνήν*) peperit. Docent variantes lectiones. Nam D. E. al. inverso ordine praebent *ἀπὸ τῆς ἁγνότητος καὶ τῆς ἁπλότητος τῆς εἰς τὸν χριστόν.* Epiphanius Haer. 37. *ἀπὸ τῆς ἁπλότητος καὶ τῆς ἁγνείας τῆς κτλ.* Athanasius Epist. fest. 39. *ἀπὸ τῆς ἁπλότητος καὶ ἁγιότητος τῆς κτλ.* *Sinceritatem, probitatem* (*τὴν ἁπλότητα*)

a Corinthiis Christo praestandam eorum *castitatem* dici, quâ ut virgo uni sponso faveat, ita ipsi unum Christum diligant, similitudo ostendit, quâ Paulus v. 2. usus est. — Joh. 7, 39. *Els.* — οὔπω γὰρ ἦν πνεῦμα [ἅγιον], ὅτι — i. e. nam nondum erat div. spiritus *inter homines, sed etiamnum in coelo apud Deum versabatur* (cf. Joh. 15, 26. 16, 7.), quia —. Lachm. ex B. al. οὔπω γὰρ ἦν πνεῦμα δεδομένον, ὅτι — Mt. 11. οὔπω γὰρ ἦν πνεῦμα δοθέν. Sunt manifesta glossemata. Cf. *Theophyl.* ad h. l. Ἀλλ' ἐνταῦθα ζητήσειεν ἄν τις, πῶς φησιν ὁ εὐαγγελιστής, ὅτι οὔπω ἦν πνεῦμα ἅγιον, δοθὲν δηλονότι. Neque minus a glossatoribus hae lectiones profectae sunt: D*. οὔπω γὰρ ἦν πνεῦμα ἅγιον ἐπ' αὐτοῖς. D**. οὔπω γὰρ ἦν πνεῦμα ἅγιον ἐπ' αὐτούς. — Act. 13, 17. Els. ὁ θεὸς τοῦ λαοῦ τούτου Ἰσραήλ. —. Ἰσραήλ, glossema a Matthaeio et Griesbachio exterminatum (omittunt E. 4. 14. 18. et multi alii) Lachmannus revocavit suos libros sequutus. — 2 Cor. 9, 8. Elsev. Δυνατὸς δὲ ὁ θεὸς πᾶσαν χάριν περισσεῦσαι εἰς ὑμᾶς, ἵνα κτλ. Lachmannus, cui Rueckertus accessit, ex B. D*. F. G. edidit Δυνατεῖ δὲ ὁ θεὸς πᾶσαν χάριν περισσεῦσαι εἰς ὑμᾶς, ἵνα κτλ. Δυνατεῖ glossema est ex 2 Cor. 13, 3. haustum. Nempe solent glossatores δυνατός εἰμι sequente Infinitivo exponere verbis δύναμαι et δυνατῶ. Hebr. 11, 19. Els. — λογισάμενος, ὅτι καὶ ἐκ νεκρῶν ἐγείρειν (al. ἐγεῖραι) δυνατὸς ὁ θεός. A., quem Lachmannus sequutus est, — λογισάμενος, ὅτι καὶ ἐκ νεκρῶν ἐγεῖραι δύναται ὁ θεός, e glossemate. Rom. 14, 4. Els. δυνατὸς γάρ ἐστιν ὁ θεὸς (al. ὁ κύριος) στῆσαι αὐτόν. A. F. Δυνατεῖ γὰρ ὁ θεὸς (A. ὁ κύριος) στῆσαι αὐτόν, quod a Griesbachio commendatum Lachmannus recepit. B. C. D. Egr. Δύναται γὰρ ὁ θεὸς (B. ὁ κύριος) στῆσαι αὐτόν. Lachmanni scripturam Meyerus et de Wettius probarunt, librarios in δυνατεῖ, verbi parum usitati, locum notiora vocabula suffecisse opinati. At variantes lectiones 2 Cor. 13, 3. — ὃς εἰς ὑμᾶς οὐκ ἀσθενεῖ, ἀλλὰ δυνατεῖ ἐν ὑμῖν, ad quas Meyerus provocavit, rem non comprobant. Sunt enim calami errores: δυνατεῖ] 67. ** al. δύναται (31. Mt. m. δυνατοῖ sic) 52. δυνατός. — Hebr. 11, 38. vulgo — ἐν ἐρημίαις πλανώμενοι

καὶ ὄρεσι καὶ σπηλαίοις καὶ ταῖς ὀπαῖς τῆς γῆς. Lachm. ex A. et paucissimis aliis *ἐπ' ἐρημίαις πλανώμενοι καὶ ὄρεσι κτλ.* *Ἐπ' ἐρημίαις* ne graecum quidem est. *Ἐπὶ glossema* est ad *ὄρεσι* pertinens. Nempe pro *ἐν ἐρημίαις πλανώμενοι καὶ ὄρεσι* scriptor accuratius sic dixisset: *ἐν ἐρημίαις πλανώμενοι καὶ ἐπ' ὄρεσι (und auf Bergen) καὶ ἐν σπηλαίοις* etc. Sed scriptor lectorem ante *ὄρεσι* cogitare voluit *ἐπί* e praecedente *ἐν* ductum. — Gal. 4, 21. Els. *Λέγετέ μοι, οἱ ὑπὸ νόμον θέλοντες εἶναι, τὸν νόμον οὐκ ἀκούετε;* — num legem mos. *non auditis*, quae in synagogis recitari soleat (v. not. in comment. in ep. ad Rom. I, p. 113.)? B. D. E. F. G. It. Vulg. pro *οὐκ ἀκούετε* praebent *οὐκ ἀναγινώσκετε*, quod Lachmannus, ut sibi constaret, scribere debuerat. At retinuit *οὐκ ἀκούετε* unum A. sequutus, quia nimirum *οὐκ ἀναγινώσκετε* glossema esse vidisset. Ita quum Lachmannus sibi ipse parum convenerit quidnam codicibus, quos duces sequi solet, insit ex ejus editione conjici nequit.

Proximum est, ut codices Lachmannianos *correctionibus* inquinatos esse nonnullis exemplis ostendam.

III.

CORRECTIONES A LACHMANNO TEXTIS ILLATAE.

1 Cor. 14. 34. Elsev. — *οὐ γὰρ ἐπιτέτραπται* (multi codices *ἐπιτρέπεται*) *αὐταῖς λαλεῖν, ἀλλ' ὑποτάσσεσθαι* i. e.: *ἀλλ' ἐπιτέτακται αὐταῖς ὑποτάσσεσθαι.* Lachmannus Rueckertus et Tischendorfius ex A. B. et aliis ediderunt — *οὐ γὰρ ἐπιτρέπεται αὐταῖς λαλεῖν, ἀλλ' ὑποτασσέσθωσαν.* Non est *ὑποτασσέσθωσαν interpretamentum* (v. Meyerum), sed correctio eorum, quos *zeugma* offendisset (v. 1 Cor. 3, 2., Bremium ad Aeschin. I, p. 19. II, p. 25. et Cic. D. N. D. I, 25, 71. — negat esse corpus deorum, sed tamquam corpus, nec sanguinem, sed tamquam sanguinem). Moti sunt correctores voce *σιγάτωσαν* v. 34. et *ἐπερωτάτωσαν* v. 35. — 2 Cor. 7, 11. — *ἐν παντὶ συνεστήσατε ἑαυτοὺς ἁγνοὺς εἶναι ἐν τῷ πράγματι.* Lachmannus: *ἐν παντὶ συνεστήσατε ἑαυτοὺς ἁγνοὺς εἶναι [ἐν] τῷ πράγματι.* Nempe *ἐν* posterius in C. D*. F. G. aliisque deest. Damnarunt hoc *ἐν* Meyerus et de Wettius. At correctores voculam sustulerunt, qui

male struxissent ἐν παντὶ τῷ πράγματι. Noli jungere ἐν παντὶ ἁγνούς, sed strue ἐν παντὶ συνεστήσατε ἑαυτούς, cf. 2 Cor. 6, 4. ἀλλ' ἐν παντὶ συνιστῶντες ἑαυτοὺς ὡς θεοῦ διάκονοι. — 2 Cor. 12, 6. Els. φείδομαι δέ, μή τις εἰς ἐμὲ λογίσηται ὑπὲρ ὃ βλέπει με ἢ ἀκούει τι ἐξ ἐμοῦ. Lachmannus et Tischendorfius τι, quod ab D*. E. F. G. al. abest, expunxerunt. Omiserunt τι correctores, notissimi graecismi immemores, quo subitus fit transitus a relativo ad demonstrativum aut determinativum (v. Dissert. II in 2 ep. ad Cor. p. 124. et Bremium ad Aesch. II, p. 122 sq.). Meyerus ad h. l.: „— oder was er etwa von mir (*ex* me, nicht *de* me, wie Fritzsche hat) hört.“ Nimirum l. c. his verbis usus sum: supra quod *de* me audit, si quid quando (np. de me s. ex me) audit. Romanos audire *de* aliquo eodem sensu, quo audire *ex* aliquo, usurpare V. D. non meminerat. — Hebr. 7, 17. Elsev. Μαρτυρεῖ γάρ (scil. ὁ θεός, qui Ps. 110, 4. loquens inducitur). ὅτι σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ. Cf. Hebr. 10, 15. μαρτυρεῖ δὲ ἡμῖν καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. Lachmannus et Tischendorfius ex A. B. D*. E. al. scripserunt: μαρτυρεῖται γάρ ὅτι κτλ. Haec lectio Bengelio, Griesbachio et Bleekio probata est. Μαρτυρεῖται, dictionem in N. T. inauditam (*in V. T. hoc testimonium dicitur*) correctores invexerunt, qui Subjectum desiderassent. Contra μαρτυρεῖ, formulam usitatam, correctores pro μαρτυρεῖται, dictione insolenti, posuisse crederem, si μαρτυροῦμαι activam vim habere, ut idem sit quod μαρτύρομαι ostendi posset. Cf. Hebr. 2, 6. Διεμαρτύρετο δέ πού τις, λέγων κτέ. At Act. 26, 22. μαρτυρόμενος pro μαρτυρούμενος et 1 Thess. 2, 12. καὶ μαρτυρόμενοι pro καὶ μαρτυρούμενοι ex idoneis libris reponendum est. — Postquam Lachmannum correctiones textis intulisse vidimus, de nobilissimo loco 1 Cor. 15, 51. disputare placet, ubi vulgata scriptura correctio est lectionis a Lachmanno receptae, non intellectae. Lectio Elseviriana, ex B. (qui omittit μέν) D**. E., codicibus graecis apud Pelagium, Oecumenium aliosque hausta, ita comparata est: πάντες μὲν οὐ κοιμηθησόμεθα, πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα. Οὐ cum πάντες, non cum κοιμηθησόμεθα cohaeret h. s.: omnes quidem non (quamquam nonnulli, ante

Christi de coelo reditum) moriemur (cf. 1 Cor. 10, 11), sed omnes immutabimur, quandoquidem immortale corpus mortuis ex inferis redeuntibus dabitur, superinjicietur viventibus (cf. v. 52. 2 Cor. 5, 4. 1 Thess. 4, 15—17.) Vide LXX. Num. 23, 13. *δεῦρο ἔτι μετ' ἐμοῦ εἰς τόπον ἄλλον, ἐξ οὗ οὐκ ὄψῃ αὐτὸν (τὸν Ἰσραὴλ v. 10.) ἐκεῖθεν, ἀλλ' ἢ μέρος αὐτοῦ ὄψῃ, πάντας δὲ οὐ μὴ ἴδῃς, καὶ κατάρασαί μοι αὐτὸν ἐκεῖθεν.* Disputat autem P. de *piis* Christianis, impiorum, quibus neque immortale corpus, filiorum Dei decus, neque regni messiani civitas concedetur (Rom. 8, 21. 1 Cor. 15, 50), nullam rationem habet. Belle igitur lectio vulgata cum Pauli formula congruit, si eam quo fecimus modo explicueris (v. etiam Theodoretum et de Wettium). Male Meyerus *οὐ* cum *κοιμηθησόμεθα* arcte consociavit h. m.: omnes quidem *non moriemur* (i. e. usque ad Christi de coelo reditum vivemus), sed omnes immutabimur. Neminem eorum, qui tum viverent, ante Christi de coelo reditum diem supremum obiturum esse Paulus dicere non potuit, cf. 1 Cor. 11, 30. Lachmannus ex C. 17., Origene II, p. 552. codicibus gr. apud Rufinum, Hieronymum, Pelagium, Oecumenium aliosque edidit *πάντες [μὲν] κοιμηθησόμεθα, οὐ πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα*, lectionem Griesbachio probatam. Haec scriptura, si eam, ut vulgo faciunt, interpunxeris, absurda sane est. Nam primum quidem Paulus, qui priusquam multi aequales a vita abiissent et ipse ex ea excessisset Christum de coelo in terrarum orbem rediturum esse firme credidisset (1 Cor. 10, 11. 1 Thess. 4, 15—17.), et ipsum et omnes suos aequales mortem obituros esse (*πάντες μὲν κοιμηθησόμεθα*) affirmare non potuit. Deinde etiam alterum membrum, *οὐ πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα*, Pauli sententiae repugnat. Nam *ἡ ἀλλαγή*, de quâ loquitur, est piorum Christianorum immutatio; qua iis pro fragilibus corporibus immortalia corpora dabuntur (cf. v. 50. 52. 53.). Itaque *πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα* Paulo dicendum erat: omnes autem (np. qui civitate messiana digni simus, aut qui pie vixerimus v. 50.) immutabimur, scil. mortui sic, ut in vitam redeuntes immortale corpus accipiant, viventes ita, ut mortalibus eorum corporibus immortalia corpora tanquam pallia superinjiciantur, quae

mortales tunicas absorbeant (v. 52 sq. 2 Cor. 5, 4.). Recentissimi interpretes Lachmannianam lectionem vulgatae emendationem esse contenderunt. Nempe Pauli aequalibus et Paulo ipso morte absumtis, ne quis ejus mysterium, quippe quod res et eventus redarguisset, inane esse (*omnes* enim apostoli aequales mortuos esse) diceret, correctores ex *πάντες μὲν οὐ κοιμηθησόμεθα, πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα* pie, seu impie potius fecisse *πάντες μὲν κοιμηθησόμεθα, οὐ πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα* viri docti crediderunt (v. Rueckertum, Meyerum et de Wettium). Haec conjectura vanissima est. Primo enim historiae testimonio destituitur. Nemo enim antiquitus verbis *πάντες μὲν οὐ κοιμηθησόμεθα* offensus est, quod ei in mentem venisset, Paulum non verum vatem fuisse, qui se multosque suos aequales usque ad Christi reditum de coelo superstites futuros a divino spiritu edoctus (*ἰδού, μυστήριον ὑμῖν λέγω*) cecinisset. Plerique Chrysostomum sequuti tanquam P. generatim neque de suis aequalibus loqueretur, fore homines quo tempore Christus de coelo reverteretur, superstites, quibus non moriendum esset Paulum dicere opinati sunt. Theophylactus: *οὐ πάντες μέν, φησιν, ἀποθανοῦνται, ὅμως μέντοι πάντες ἀλλαγήσονται, καὶ οἱ μὴ ἀποθανόντες, τουτέστιν εἰς ἀφθαρσίαν μεταπεσοῦνται.* Alii inepta explicatione effecerunt, ne illa dubitatio oriretur. Oecumenius: *Ἐρώτησις. Ἐπειδὴ κατά τινα τῶν ἀντιγράφων περιέχεται τοῦ ἀποστόλου, πάντες μὲν κοιμηθησόμεθα, οὐ πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα, κατά τινα δέ, ὅτι πάντες μὲν οὐ κοιμηθησόμεθα, πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα, παρακαλῶ μαθεῖν ποίαν δεῖ τῶν ἐκδόσεων ἐγκρῖναι —. Ἀπόκρισις. Οἶμαι ὅτι καθ' ἑκατέραν τῶν ἐκδόσεων, ἐπειδὴ καὶ τὰ ἀρχαῖα τῶν ἀντιγράφων τὰς δύο περιέχουσιν, εὐσεβῶς δή τις ἐκλαμβάνων τοῦ ἀποστολικοῦ οὐκ ἀποπεσεῖται σκοποῦ. Κατὰ μὲν οὖν τό, πάντες κοιμηθησόμεθα, οὐ πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα οὕτω χρὴ νοεῖν, ὅτι πάντες μὲν τὴν διὰ θανάτου κοίμησιν ὑπομενοῦμεν, οὐ πάντες δὲ τὴν δόξαν καὶ τὴν παῤῥησίαν ἀνταλλαξόμεθα, ὅπερ αὐτὸς ἀπόστολος ἐν ἄλλῳ τίθησι φάσκων σαφέστερον, εἴπερ καὶ ἐνδυσάμενοι, οὐ γυμνοὶ εὑρεθησόμεθα·* [2 Cor. 5, 3.], *κατὰ δὲ τό, οὐ πάντες μὲν κοιμηθησόμεθα, πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα οὕτω χρὴ*

ἐκδέχεσθαι, ὅτι μὲν οὐ κοιμηθησόμεθα τὴν χρονικὴν κοίμησιν ὥστε δεηθῆναι ταφῆς καὶ λύσεως τῆς εἰς φθοράν, ἀλλὰ σύντομον τὸν θάνατον οἱ τότε εὑρισκόμενοι ὑπομενοῦσι, μὴ δεόμενοι χρονικῆς κοιμήσεως διὰ τὴν παραυτίκα γινομένην ἀνάστασιν, (!!) πάντες δὲ ἀλλαγήσονται, τουτέστιν ἀφθαρσίαν ἐνδύσονται. *Oecumenius* paulo ante: ἄλλοι δέ τό· οὐ κοιμηθησόμεθα, φασί, περὶ τοῦ μακροῦ θανάτου αὐτὸν εἰρηκέναι ὥστε φθορᾶς καὶ διαλύσεως δεηθῆναι· τὸ γὰρ ἐν ἀτόμῳ, ἤγουν ἐν στιγμῇ, ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ, ἤγουν φορᾷ καὶ κινήσει καὶ ὁρμῇ ἀποθανεῖν καὶ ἀναστῆναι οὐδὲ κοίμησιν εἶναι (!) φασίν. Deinde dubitationes dogmaticas multo frequentius absurda textus explicatione, quam impia textus interpolatione antiquitus sublatas esse Rueckertus, de Wettius et Meyerus scire debuerant. Dixissent aliquid, quod historiae indicio muniri potuisset, si correctores πάντες μὲν οὐ κοιμηθησόμεθα, πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα in πάντες μὲν κοιμηθησόμεθα, οὐ πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα mutasse contendissent, qui πάντες μὲν οὐ κοιμηθησόμεθα cum v. v. 22. ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ Ἀδὰμ πάντες ἀποθνήσκουσιν et alterum membrum πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα cum vocc. v. 52. καὶ ἡμεῖς ἀλλαγησόμεθα pugnare sibi persuasissent. Hieronymus epist. ad Minerium et Alexandrum. „Didymus ex Origene: omnes quidem dormiemus i. e. moriemur, non omnes autem, *sed soli sancti*, immutabimur. Scio quod in nonnullis codicibus scriptum est *non quidem omnes dormiemus, omnes autem immutabimur.* Sed considerandum, an ei, quod praemissum est (v. 51.): *omnes immutabimur* possit convenire quod sequitur (v. 52.): mortui resurgent incorrupti et *nos* immutabimur. Si enim *omnes* immutabuntur et hoc commune cum caeteris est superfluum fuit dicere *et nos immutabimur.* *Quamobrem* ita legendum est: *omnes quidem dormiemus, sed non omnes immutabimur.* Si enim in Adam *omnes moriuntur* (v. 22.) et in morte dormitio est, omnes ergo dormiemus sive moriemur!" *) Sed magnopere cavendum

*) *Pelagius: Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur.* Omnes homines resurgent, sed *soli, qui regnaturi sunt in gloria,* mutabuntur. Sive ita, resurgemus omnes, qui in adventu Christi

est, ne vana specie deludamur. Scilicet non Origenes lectionem, quae *οὐ* post *κοιμηθησόμεθα* habet, fabricatus est, ut omnium suae aetatis librorum, qui *οὐ* ante *κοιμηθησόμεθα* ponerent, vitiosam scripturam emendaret, sed in plerisque codicibus inventam lectionem (*κοιμηθησόμεθα οὐ*) ineptis argumentis ei praetulit, quae tum temporis in *nonnullis* codicibus reperiretur (*οὐ κοιμηθησόμεθα*). Imo lectio Lachmanniana, quae res criticos praeteriit, sic interpungenda est: *πάντες* [*μὲν*] *κοιμηθησόμεθα οὔ, πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα* eandemque, quam vulgata scriptura *πάντες μὲν οὐ κοιμηθησόμεθα, πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα*, sententiam fundit. Saepe enim Graeci *οὐ* in fine membri posuerunt sententiam oppositam per *δέ* addituri; v. Xenoph. Anab. 4, 8. 2. *ἦν δὲ οὗτος δασὺς δένδροις, παχέσι μὲν οὔ, πυκνοῖς δέ.* et Valckenarium ad Herod. 7, 208, qui multa exempla congessit. Manifestum est autem, correctores, quos *οὔ* in membri fine positum offendisset (*πάντες μὲν κοιμηθησόμεθα οὔ*) id ante verbum *κοιμηθησόμεθα* collocasse (*πάντες μὲν οὐ κοιμηθησόμεθα*). Itaque *Grammatici* genuinam scripturam *πάντες μὲν κοιμηθησόμεθα οὔ*, depravarunt quum *οὐ* ante v. *κοιμηθησόμεθα* locarent verbis ordinem maxime usitatum assignaturi, non Theologi, ut se e difficultate theologica expedirent, ex *πάντες μὲν οὐ κοιμηθησόμεθα, πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα* temere fecerunt *πάντες μὲν κοιμηθησόμεθα, οὐ πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα.* Etiam lectio F. G. sic distinguenda est: *πάντες μὲν οὖν κοιμηθησόμεθα οὔ, πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα.* Jam

---

mortui inveniemur, non omnes immutabuntur, qui in corpore sint reperti, *quia sancti soli beatitudinis gloriam consequentur.* Aliter in quibusdam graecis codicibus habetur: *omnes enim dormiemus, non omnes immutabimur;* in aliis autem *omnes enim non dormiemus, omnes autem immutabimur*, quod quadrat magis ad sensum apostoli, quia hic sermo non de omnibus generaliter dicitur, sed *de solis sanctis.*" *Pelagius* parum accurate loquutus est. Haud dubie enim verba *quod quadrat magis ad sensum apostoli* etc. ad priorem codicum graecorum lectionem (*πάντες μὲν κοιμηθησόμεθα, οὐ πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα*), non ad posteriorem (*πάντες οὐ κοιμηθησόμεθα, πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα*) retulit. Contende quae Pelagius antea dixit.

postquam libri inter κοιμηθησόμεθα οὐ et οὐ κοιμηθησόμεθα fluctuarunt, οὐ, *incertae sedis* vox, in aliis codicibus periit (80. 102*. πάντες μὲν κοιμηθησόμεθα, πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα. A*. οἱ πάντες μὲν κοιμηθησόμεθα, οἱ πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα) in aliis *per dittographiam* **bis** scripta est (A ex emend. primae manus οἱ πάντες μὲν κοιμηθησόμεθα οὐ, πάντες δὲ οὐ ἀλλαγησόμεθα). Restat lectio D*. πάντες [μὲν] ἀναστησόμεθα, οὐ πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα. Vulg. *omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur.* Matthaeius ed. maj.: „Ἀναστησόμεθα seu *resurgemus*, quod versio Vulgata habet, fortasse, sublata prius particula οὐ, ortum est ex οἱ νεκροὶ ἐγερθήσονται versu 52. ut ita jungerentur ἀναστησόμεθα et ἀλλαγησόμεθα versu 51, sicut versu 52. ἐγερθήσονται et ἀλλαγησόμεθα.“ Ita ἀναστησόμεθα temeraria correctio esset. Multo credibilius est πάντες [μὲν] ἀναστησόμεθα, οὐ πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα e libris fluxisse, in quibus οὐ *bis* scriptum esset: πάντες [μὲν] οὐ κοιμηθησόμεθα οὐ πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα. Posterius οὐ cum πάντες, prius cum κοιμηθησόμεθα arcte copularunt et οὐ κοιμηθησόμεθα temere sic exposuerunt: *omnes non moriemur, quippe temporis momento in vitam revocandi, nostra mors quum cito finem habitura sit mors dicenda non est* (v. *Oecumenii* verba, quae supra attulimus) i. q. omnes in vitam restituemur, πάντες ἀναστησόμεθα. Est igitur πάντες ἀναστησόμεθα verborum πάντες οὐ κοιμηθησόμεθα male intellectorum interpretamentum. —

IV.

ERRORES A SCRIBIS PER NEGLIGENTIAM ET FESTINATIONEM COMMISSI, A LACHMANNO RECEPTI.

Ephes. 1, 15. Elsev. Διὰ τοῦτο κἀγώ, ἀκούσας τὴν καθ᾽ ὑμᾶς πίστιν ἐν τῷ κυρίῳ Ἰησοῦ καὶ τὴν ἀγάπην τὴν εἰς πάντας τοὺς ἁγίους, οὐ παύομαι εὐχαριστῶν ὑπὲρ ὑμῶν etc. (cf. Col. 1, 4.). Lachmannus verbis ἀγάπην τὴν cum A. B. omissis haec scripsit: Διὰ τοῦτο κἀγώ, ἀκούσας τὴν καθ᾽ ὑμᾶς πίστιν ἐν τῷ κυρίῳ Ἰησοῦ καὶ τὴν εἰς πάντας τοὺς ἁγίους, οὐ παύομαι εὐχαριστῶν ὑπὲρ ὑμῶν etc. Hi

boni sunt mente destituti. Πίστις εἰς θεὸν et Χριστόν, non εἰς πάντας τοὺς ἁγίους nobis Christianis imperata est. Exciderunt verba ad sententiam necessaria ἀγάπην τὴν librariorum negligentia, qui τὴν ante ἀγάπην positum cum τὴν ante εἰς collocatum confudissent. — 2 Cor. 9, 10. Els. ὁ δὲ ἐπιχορηγῶν σπέρμα τῷ σπείροντι κτλ. Lachm. ex B. D. F*. G. ὁ δὲ ἐπιχορηγῶν σ π ό ρ ο ν τῷ σπείροντι κτλ. Ut nonnulli librarii σπόρον pro σπέρμα male scriberent verba fecerunt, quae proxime sequuntur τὸν σ π ό ρ ο ν ὑ μ ῶ ν. — 1 Cor. 1, 1. 2. Elsev. Παῦλος — — καὶ Σωσθένης, ὁ ἀδελφός, τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ τῇ οὔσῃ ἐν Κο ρ ί ν θ ῳ, ἡγιασμένοις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, κλητοῖς ἁγίοις σὺν πᾶσι τοῖς ἐπικαλουμένοις τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐν παντὶ τόπῳ, αὐτῶν τε καὶ ἡμῶν. Lachmannus ex B. D. E. F. G. It. edidit: Παῦλος — — καὶ Σωσθένης, ὁ ἀδελφός, τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ, ἡ γ ι α σ μ έ ν ο ι ς ἐν Χ ρ ι σ τ ῷ Ἰ η σ ο ῦ, τ ῇ οὔ σ ῃ ἐν Κο ρ ί ν θ ῳ (!!), κλητοῖς ἁγίοις, [sic] σὺν πᾶσιν κτλ. Recepta lectione nihil verius est, Lachmanniana verba ita confundit, ut ne explicari quidem possint. Frustra eam Meyerus argutula interpretatione defendere conatus est. Aptissime in vulgata lectione vocabula ἡγιασμένοις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, κλητοῖς ἁγίοις componuntur. Tam arcte autem verba τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ, τῇ οὔσῃ ἐν Κορίνθῳ cohaerere, ut divelli plane nequeant et res docet et similia loca ostendunt: cf. 2 Cor. 1, 1. Παῦλος — — τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ τῇ οὔσῃ ἐν Κορίνθῳ —. 1 Thess. 1, 1. 2 Thess. 1, 1. Παῦλος — — τῇ ἐκκλησίᾳ Θεσσαλονικέων —. Itaque Lachmanniana lectio grammaticae repugnat et prorsus inepta est. Hoc quaeritur, quomodo barbara scriptura orta sit. Nimirum genuina lectio Παῦλος — — τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ τῇ οὔσῃ ἐν Κορίνθῳ, ἡγιασμένοις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, κλητοῖς ἁγίοις — antiquitus verborum ἡγιασμένοις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ omissione primum depravata est (sic Orig. int. et Mt. i*, ubi verba in textu omissa prima manus in margine supplevit). Ὁμοιοτέλευτον fecit, ut librarii ab ἡγιασμέν ο ι ς ad κλη τ ο ῖ ς transilirent. Hic error monstrum Lachmannianum peperit: — τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ, ἡ γ ι α σ μ έ ν ο ι ς ἐν Χ ρ ι σ τ ῷ Ἰ η σ ο ῦ, τῇ οὔσῃ ἐν Κορίνθῳ, κλητοῖς ἁγίοις etc. Nempe verba ἡγιασμένοις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ

temere praetermissa et in margine suppleta (cf. Mt. i*), postea a scribis loco alieno (h. e. post τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ) Paulo reddita sunt. — Joh. 5, 44. Elsev. — καὶ τὴν δόξαν τὴν παρὰ τοῦ μόνου θεοῦ οὐ ζητεῖτε; Lachmannus θεοῦ, quod B. Ver. Verc. omittunt, cancellis circum dedit!! — Vox θεοῦ necessaria est, quandoquidem ὁ μόνος non idem declarat, quod ὁ μόνος θεός (cf. Joh. 17, 3.). Θεοῦ post μόνου eodem errore omissum est, quo μόνου ante θεοῦ in Mt. c. excidit. — Matth. 12, 22. Elsev. Τότε προσηνέχθη αὐτῷ δαιμονιζόμενος τυφλὸς καὶ κωφός, καὶ ἐθεράπευσεν αὐτόν, ὥστε τὸν τυφλὸν καὶ κωφὸν καὶ λαλεῖν καὶ βλέπειν. Lachmannus ex B. D., qui τυφλὸν καὶ et καί ante λαλεῖν omittunt, dedit: τότε προσηνέχθη αὐτῷ δαιμονιζόμενος τυφλὸς καὶ κωφὸς καὶ ἐθεράπευσεν αὐτόν, ὥστε τὸν κωφὸν λαλεῖν καὶ βλέπειν, lectionem absurdam. *Chiasmus* variantes lectiones genuit, primo hanc verborum transpositionem: — ὥστε τὸν κωφὸν καὶ τυφλὸν etc. in L. 1. 13. al., deinde omissionem verborum τυφλὸν καί in B. D. al. et καὶ κωφόν in Syr. p. ms. et τὸν τυφλὸν καὶ κωφόν in It. Vulg. Rd. Sax. — Ephes. 5, 30. Elsev. Ὅτι μέλη ἐσμὲν τοῦ σώματος αὐτοῦ, ἐκ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ καὶ ἐκ τῶν ὀστέων αὐτοῦ. Lachm. ἐκ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ καὶ ἐκ τῶν ὀστέων αὐτοῦ expunxit, verba *Grotio, Millio* Prol. §. 729. et Griesbachio suspecta. Quae haud dubie genuina sunt. Primo enim *aptissima* sunt. Nempe loci Genes. 2, 23. ratione habita hanc sententiam fortissime enuntiant, *nos sumus membra corporis Christi.* Deinde verba v. 30. ἐκ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, genuina esse vocabula v. 29. οὐδεὶς γάρ ποτε τὴν ἑαυτοῦ σάρκα ἐμίσησεν, ἀλλ' ἐκτρέφει καὶ θάλπει αὐτήν evincunt. Nam sententiam his v. comprehensam Paulus proximis v. καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς τὴν ἐκκλησίαν in Christum et rationem, quae Christo cum Christianis, Christi corpore, intercedat, transfert. Hoc, inquit v. 30., (scil. Christum fovere ecclesiam, suam carnem, i. e. suum corpus) *experti* novimus: sumus enim membra corporis Christi, sumus carnis et ossium Christi partes. Denique vanissima est *Millii* suspicio, librarios v. ἐκ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ καὶ ἐκ τῶν ὀστέων αὐτοῦ ex LXX Genes. 2, 23. addidisse opinati. Nam quum ibi haec perscripta sint: καὶ εἶπεν Ἀδάμ· τοῦτο νῦν ὀστοῦν ἐκ τῶν

ὀστέων μου καὶ σὰρξ ἐκ τῆς σαρκός μου, in promtu est, scribas hunc verbis ordinem assignaturos fuisse: *ὀστέα ἐκ τῶν ὀστέων αὐτοῦ καὶ σὰρξ ἐκ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ.* Itaque vulgatus verborum ordo, quem nemo impugnavit (*ἐκ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ καὶ ἐκ τῶν ὀστέων αὐτοῦ*), vocabula a Lachmanno expulsa sincera esse docet. Ut a nonnullis scribis negligerentur homoeoteleuton fecit. Confuderunt librarii v. 30. *αὐτοῦ* primum cum tertio *αὐτοῦ.* — Ephes. 5, 5. rectissime Griesbachius edidit: *τοῦτο γὰρ ἴστε γινώσκοντες, ὅτι πᾶς πόρνος ἢ ἀκάθαρτος ἢ πλεονέκτης, ὅς ἐστιν εἰδωλολάτρης, οὐκ ἔχει κληρονομίαν ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Χριστοῦ καὶ θεοῦ.* Nempe *ὅς* non ad unam vocem *πλεονέκτης*, sed ad vocabula *πᾶς πόρνος ἢ ἀκάθαρτος ἢ πλεονέκτης* aeque pertinet. Contende Col. 3, 5. ubi *ἥτις* ad quinque, quae proxime praecedunt, Substantiva referendum est. Sententia haec est: unusquisque scortator, homo impurus et avarus idolorum cultori aequiparandus est; nam quemadmodum idolorum cultor veri Dei cultum deseruit, ita scortatores hominesque impuri et avari a sanctissimis Dei legibus defecerunt (cf. Col. 3, 5. 6.). Lachmannus ex B. scripsit *ὅ ἐστιν εἰδωλολάτρης*, quod Griesbachio placuerat. Hoc ne explicari quidem potest. Nam neque sensus hic esse potest: *vocabulum πλεονέκτης* idem significare quod *vocabulum εἰδωλολάτρης*, neque Neutrum eo usu defenditur, quo *Ἀπόλλων τάδ' ἦν* recte dicitur. Itaque *ὅ* e notissima confusione natum est, qua librarii *ο* pro *ος* et *ος* pro *ο* scribere solent. Verba *ὅς ἐστιν εἰδωλολάτρης* in *ὅ ἐστιν εἰδωλολάτρης* corrupta magis etiam in F. G. sic depravata sunt: *ὅ ἐστιν εἰδωλολατρεία* (v. Col. 3, 5.), quamquam hoc tolerabilius est Lachmanniano, *ὅ ἐστιν εἰδωλολάτρης.* Nam *ὅ ἐστιν εἰδωλολατρεία* hanc vim haberet: esse superstitioso idolorum cultui aequiparandum, si quis (violatis Dei legibus) scortetur homoque impurus sit et avarus. — Jac. 4, 4. Elsev. *Μοιχοὶ καὶ μοιχαλίδες, οὐκ οἴδατε ὅτι ἡ φιλία τοῦ κόσμου ἔχθρα τοῦ θεοῦ ἐστιν;* Lachmannus ex A. B. 13. scripsit *Μοιχαλίδες, οὐκ οἴδατε ὅτι — — —;* Defendit hanc lectionem Ven. Theilius, vir amicissimus, et Theilii argumentis Tischend. Proleg. p. XL. At primo quidem *τὸ ὁμοιόαρκτον* variantes lectiones

in tribus tantummodo codicibus et nonnullis translationibus inventas peperisse in propatulo est. Nam qui *μοιχοὶ καὶ* praetermiserunt (A. B. 13.) a *MOIχοὶ καὶ* ad *MOIχαλίδες* oculis aberraverant, et qui *καὶ μοιχαλίδες* neglexerunt (Syr. Copt. Aeth. Arm. Vulg. Corb.) *MOIχοὶ* cum *MOIχαλίδες* confuderant. Deinde Christianorum coetus voce *μοιχαλίδες*, (adulterae) absurde compellaretur. Frustra *scortum* et *prostibulum* obtenditur, quae verba etiam de *maribus* usurpentur. Scilicet mares significant, qui *muliebria patiuntur*. At *μοιχαλίδες adulteras*, non eos declarat, qui muliebria patiuntur. Temere etiam ad Pindari Pyth. 2, 140. *διαβολιᾶν ὑποφάτιες* et ad ea provocatum est, quae summus Hermannus Opusc. VII, p. 120. de h. l. scripsit. Ut *διαβολιᾶν ὑποφάτιες* incorruptum sit (Boeckhius conjecit *διαβολιᾶν ὑποφαύτιες*), dubitari tamen potest, an summi Hermanni interpretatio vera sit. Et multo post Pindari aetatem tyranni Sicilienses *τὰς ποταγωγίδας* constituerunt, quae cum voce *μοιχαλίδες*, *qua mares et feminae compellentur*, conferri plane nequeunt. Quippe *αἱ ποταγωγίδες feminae* fuisse vulgo creduntur eamque sententiam nemo, quantum scio, refutavit. Ignavos et effeminatos viros feminas introduci constat (confer homericum *Ἀχαιΐδες οὐκέτ' Ἀχαιοί*), sed ne hunc quidem usum Lachmanni lectionem commendare apparet. Tum in nullo *codice graeco* verba *καὶ μοιχαλίδες* deesse mire objectum est. Nam veteres versiones, quae vocc. *καὶ μοιχαλίδες* omittunt, haud dubie graecis codicibus nituntur. Cetera Theilii argumenta (v. c. non solere Jacobum mulierum rationem habere cf. Jac. 2, 15.) digna non sunt, quae refutentur. Ibidem Lachmannus ex 7. Vulg. Corb. male scripsit *ἔχθρα τοῦ θεοῦ*, quod cum *φιλία τοῦ κόσμου* non consistit. *Φιλία τοῦ κόσμου* et *ἔχθρα τοῦ θεοῦ* invicem opponuntur. *Ἐχθρὰ* e proximis verbis *ἐχθρὸς τοῦ θεοῦ* natum est. — Librarios per festinationem in genuinorum vocabulorum locum *synonymas* voces substituere solere inter Criticos constat. .Haud pauca hujusmodi synonyma, quae scribis tribuere nemo dubitaverit, Lachmannus recepit. 2 Cor. 8, 3. vulgo *ὑπὲρ δύναμιν*, Lachmannus ex B. D. E. G. al. *παρὰ δύναμιν*. Vulgatam scripturam l. 2 Cor. 1, 8.

ὅτι καθ' ὑπερβολὴν ἐβαρήθημεν ὑπὲρ δύναμιν confirmat, ubi tantummodo D.* F. F. παρὰ δύναμιν contineant. — 2 Cor. 7, 10. vulgo ἡ γὰρ κατὰ θεὸν λύπη μετάνοιαν — — κατεργάζεται. Lachmannus ex C. D. E. al. ἡ γὰρ κατὰ θεὸν λύπη μετάνοιαν — — ἐργάζεται. A Paulo κατεργάζεται profectum esse κατειργάσατο v. 11. demonstrat. Nimirum sententiam *priore* vs. 10. membro enuntiatam veram esse versu 11. Corinthiorum exemplo ostenditur. Festinarunt igitur, qui (cf. Meyerum) κατεργάζεται e proximo membro ἡ δὲ τοῦ κόσμου λύπη θάνατον κατεργάζεται natum esse perhibuerunt. Aliud hujus rei exemplum est Rom. 9, 11., ubi Lachmannus male φαῦλον pro κακὸν scripsit (v. m. comment. II., p. 296 sq.). Matth. 11, 16. Elsev. Τίνι δὲ ὁμοιώσω τὴν γενεὰν ταύτην; ὁμοία ἐστὶ παιδαρίοις ἐν ἀγοραῖς καθημένοις καὶ προςφωνοῦσι τοῖς ἑταίροις αὐτῶν καὶ λέγουσιν· ηὐλήσαμεν ὑμῖν κτλ. Hic primo codices postulant, ut cum Griesbachio παιδίοις pro παιδαρίοις scribatur. Deinde verborum ordo dubius est. Vulgo ἐν ἀγοραῖς (al. ἀγορᾷ) καθημένοις. Alii καθημένοις ἐν ἀγοραῖς (ἀγορᾷ). Probo vulgatum vocabulorum ordinem, ut meliorem et ἀγορᾷ e Luca 7, 32. invectum esse credo. Postremo Lachmannus de Griesbachii sententia ex B. C. D. Z. al. edidit: ὁμοία ἐστὶ παιδίοις καθημένοις ἐν ἀγορᾷ, ἃ προςφωνοῦντα τοῖς ἑταίροις λέγουσιν· ηὐλήσαμεν ὑμῖν etc. Nihil vero est ἃ προςφωνοῦντα τοῖς ἑταίροις λέγουσιν, nisi vulgatae scripturae καὶ προςφωνοῦσι τοῖς ἑταίροις αὐτῶν καὶ λέγουσιν *contractio grammatica*. Cf. Matth. 13, 4., ubi καὶ ἦλθε τὰ πετεινὰ καὶ κατέφαγεν αὐτά 13. 124. al. sic contrahunt: καὶ ἐλθόντα τὰ πετεινὰ κατέφαγεν αὐτά. — 1 Cor. 3, 4. Elsev. Ὅταν γὰρ λέγῃ τις· ἐγὼ μέν εἰμι Παύλου, ἕτερος δέ· ἐγὼ Ἀπολλώ, οὐχὶ σαρκικοί ἐστε; Lachmannus ex A. B. C. al. dedit ὅταν γὰρ — — Ἀπολλώ, οὐκ ἄνθρωποί ἐστε; insulsam lectionem ab omnibus Criticis olim recte spretam, nunc a Rueckerto et Meyero susceptam. Hi vocem ἄνθρωπος Paulo *pravum hominem* (i. q. σαρκικὸς ἄνθρωπος) valere *finxerunt*. Si hoc verum esset, Paulus 1 Cor. 2, 14. ἄνθρωπος, non ψυχικὸς ἄνθρωπος scripsisset. Lectionem vulgatam 1 Cor. 3, 4. οὐχὶ

σαρκικοί ἐστε; a Paulo profectam esse ex Apostoli disputatione facile intelligitur. Qui Corinthios et *fuisse σαρκικούς* (v. 1. ἀλλ' ὡς σαρκικοῖς) et *etiamnum* esse (v. 3.) dixit. Posteriorem sententiam (v. 3. ἔτι γὰρ σαρκικοί ἐστε) v. 3. et 4. ita confirmat, ut gravissimam vocem σαρκικοί de industria repetat. Vestra dissidia nonne vos σαρκικούς esse declarant? Ὅπου γὰρ ἐν ὑμῖν ζῆλος καὶ ἔρις [καὶ διχοστασίαι], οὐχὶ σαρκικοί ἐστε καὶ κατὰ ἄνθρωπον περιπατεῖτε; Hîc οὐχὶ σαρκικοί ἐστε; *primaria* verba esse, quibus Apostolus ad vocc. ἔτι γὰρ σαρκικοί ἐστε recurrat, in promtu est. Nempe vocabula καὶ κατὰ ἄνθρωπον περιπατεῖτε idcirco adjecta sunt, ut primaria v. οὐχὶ σαρκικοί ἐστε; exponantur. Deinde P. ut quae de Corinthiorum dissidiis v. 2. in universum monuerat explicatius diceret, si alter, inquit, se cum Paulo, alter cum Apollonio facere in vestro coetu affirmat, nonne vos σαρκικούς esse apparet? (v. 4. ὅταν γὰρ λέγῃ τις· ἐγὼ μέν εἰμι Παύλου, ἕτερος δὲ ἐγὼ Ἀπολλώ, οὐχὶ σαρκικοί ἐστε;) Hic Paulo verbum primarium, quo Corinthiorum opprobrium contineretur (cf. v. 1. ἀλλ' ὡς σαρκικοῖς, v. 3. ἔτι γὰρ σαρκικοί ἐστε; et οὐχὶ σαρκικοί ἐστε;) repetendum fuisse elucet. Genuina igitur v. 4. verba sunt: οὐχὶ σαρκικοί ἐστε; At unde natum est ineptum istud οὐχὶ ἄνθρωποί ἐστε? Aut ἄνθρωποι glossatoris supplementum est (οὐχὶ ἄνθρωποι σαρκικοί ἐστε); quod genuinam vocem σαρκικοί expulit, aut librarii quum dormitarent pro σαρκικοί temere ἄνθρωποι exararunt verbis v. 3. καὶ κατὰ ἄνθρωπον περιπατεῖτε in fraudem inducti. Corruptum esse et *conjectura* sanandum hunc l. putavit F. V. Fritzsche, frater carissimus, cujus ingenti desiderio teneor. Nam quum summa semper nos animorum, consiliorum et studiorum consensio conjunxisset, tum tredecim amplius annos Rostochii mutua, qua fratres esse decet, concordia et amicitia viximus. Frater igitur ingeniosissimam hanc mecum conjecturam aliquando communicavit: ὅταν γὰρ λέγῃ τις, ἐγὼ μέν εἰμι Παύλου, ἕτερος δὲ ἐγὼ Ἀπολλώ, οὐχὶ (s. οὐκ) ἄνθρωποί ἐσμεν; nam si in vestro coetu alter se Paulum, alter se Apollonium sectari dicat, *nonne ego et Apollonius homines sumus?* i. e. nonne me et Apollonium *homines* esse parum

vobiscum reputatis? Cf. de notissima hac brachylogia not. ad locum ep. ad Rom. 11, 18. (II, p. 501.). Speciosis argumentis haec conjectura commendari potest. Nimirum sententiam fundit Pauli disputationi prorsus accommodatam: quando unus vestrûm se Pauli, alter se Apollonii alumnum esse contendit, nonne vos σαρκικοὺς esse parum cogitatis (v. 4.)? Dicite igitur, quaenam Pauli et Apollonii dignitas sit? *Dei ministri* (ergo *homines*) sunt, qui vos permoverint, ut Christo fidem adjiceretis etc. (v. 5.). Si Paulus v. 5. ἄνθρωποι, δι' ὧν ἐπιστεύσατε pro διάκονοι, δι' ὧν ἐπιστεύσατε scripsisset, profecto de conjecturae veritate vix dubitari posset. Praeterea versus 6—9., in quibus Paulo et Apollonio *Deus* opponatur, conjecturae favent: v. 6, ἐγὼ ἐφύτευσα, Ἀπολλὼς ἐπότισεν, ἀλλ' ὁ θεὸς ηὔξανεν v. 7. Ὥστε οὔτε ὁ φυτεύων ἐστί τι, οὔτε ὁ ποτίζων, ἀλλ' ὁ αὐξάνων θεός. v. 9. θεοῦ γάρ ἐσμεν συνεργοί, θεοῦ γεώργιον, θεοῦ οἰκοδομή ἐστε. Denique ut conjecturam fulciamus ad 1 Cor. 3, 21. 22. provocare nobis licet: Ὥστε μηδεὶς καυχάσθω ἐν ἀνθρώποις· πάντα γὰρ ὑμῶν ἐστιν, εἴτε Παῦλος, εἴτε Ἀπολλὼς κτλ. Duo tamen argumenta me movent, ut vulgatam scripturam v. 4. (οὐχὶ σαρκικοί ἐστε;) veram esse arbitrer. Nam primum quidem disputandi ratio, qua Paulus v. 3 et 4. usus est, ab eo σαρκικοί, vocem primariam, identidem ponendam fuisse docet (v. supra). Deinde ut Paulus esse se et Apollonium *Dei ministros* (v. 5.) aut *homines* (v. 21.) exponeret iis primum motus est, quae v. 4., *ut ante dicta illustraret*, monuit: ὅταν γὰρ λέγῃ τις· ἐγὼ μέν εἰμι Παύλου· ἕτερος δὲ ἐγὼ Ἀπολλώ, οὐχὶ σαρκικοί ἐστε; Itaque versus 4. lectio et interpretatio ab iis pendent, quae praecedunt v. 3., non ab iis, quae sequuntur v. 5. sq.

V.

LECTIONES A LACHMANNO MALE CONFUSAE. PRAVAE LACHMANNI INTERPUNCTIONES.

2 Cor. 11, 6. Vulgo Εἰ δὲ καὶ ἰδιώτης τῷ λόγῳ, ἀλλ' οὐ τῇ γνώσει, ἀλλ' ἐν παντὶ φανερωθέντες ἐν πᾶσιν (h. e. ἐν ταῖς συνειδήσεσι πάντων cf. 2 Cor. 5, 11.) εἰς ὑμᾶς. φανε-

ρωθέντες] D*. Clar. Germ. al. φανερωθεὶς | B. F. G. al. φανερώσαντες | 64. φανερώσαντες ἑαυτούς | 67** φανερῶσαι ἑαυτούς | 1. 108. φανερωθέντι. ἐν πᾶσιν] om. F. G., qui φανερώσαντες pro φανερωθέντες habent. Plena scriptura et ea est, quae vulgatur (ἀλλ' ἐν παντὶ φανερωθέντες ἐν πᾶσιν εἰς ὑμᾶς), et variantium lectionum indicio haec: ἀλλ' ἐν παντὶ φανερώσαντες εἰς ὑμᾶς. Nam ἑαυτούς (64.) librarius adjecit, ut Objectum verbi φανερώσαντες suppleret. Sane lectio ἀλλ' ἐν παντὶ φανερώσαντες εἰς ὑμᾶς aptam sententiam praebet, si post φανερώσαντες mente addideris τὴν γνῶσιν. Nihilo minus vitio creata est, quia I ἐν πᾶσιν praetermittit, verba haud dubie genuina et quorum sensus locum 2 Cor. 5, 11. intuito perplexus videri nequit: quoniam II φανερώσαντες scil. τὴν γνῶσιν verbis ἐν πᾶσιν omissis non minus correctio est eorum, qui ἀλλ' ἐν παντὶ φανερωθέντες ἐν πᾶσιν εἰς ὑμᾶς parum intellexissent, quam lectio φανερωθεὶς (D*. al.), quâ Pluralis φανερωθέντες, qui offensioni fuisset, tolleretur (cf.. v. 6. εἰ δὲ καὶ ἰδιώτης τῷ λόγῳ, ἀλλ' οὐ τῇ γνώσει et v. 7. ἢ ἁμαρτίαν ἐποίησα etc.). φανερῶσαι ἑαυτοὺς (67**) calami error est, pro φανερώσαντες ἑαυτούς, et φανερωθέντι (proxime praecedit ἐν παντὶ) pro φανερωθέντες. Quae quum ita sint, Lachmannus, ne diversarum lectionum pannos male consueret, aut vulgatam scripturam retinere (ἀλλ' ἐν παντὶ φανερωθέντες ἐν πᾶσιν εἰς ὑμᾶς), aut hanc edere debuerat: ἀλλ' ἐν παντὶ φανερώσαντες εἰς ὑμᾶς. At utraque lectione male confusa scripsit: ἀλλ' ἐν παντὶ φανερώσαντες ἐν πᾶσιν εἰς ὑμᾶς. — Gal. 2, 12. *Elsev.* Πρὸ τοῦ γὰρ ἐλθεῖν τινας ἀπὸ Ἰακώβου μετὰ τῶν ἐθνῶν συνήσθιεν· ὅτε δὲ ἦλθον, ὑπέστελλε καὶ ἀφώριζεν ἑαυτόν, φοβούμενος τοὺς ἐκ περιτομῆς. πρὸ τοῦ ἐλθεῖν τινας ἀπὸ Ἰακώβου] Clar. Germ. Boern.** priusquam venisset *quidam* a Jacobo. ὅτε δὲ ἦλθον] B. D*. F. G. 45. 73. It. ὅτε δὲ ἦλθεν. Itaque plena lectio et ea est, quae vulgatur, et haec scriptura: πρὸ τοῦ γὰρ ἐλθεῖν τινα ἀπὸ Ἰακώβου μετὰ τῶν ἐθνῶν συνήσθιεν· ὅτε δὲ ἦλθεν, ὑπέστελλε etc. Sed Lachmannus utramque inconsiderate conflavit: πρὸ τοῦ γὰρ ἐλθεῖν τινας ἀπὸ Ἰακώβου μετὰ τῶν ἐθνῶν συνήσθιεν· ὅτε δὲ ἦλθεν (!!), ὑπέστελλε καὶ ἀφώριζεν ἑαυτὸν etc. — Phil. 2, 4. 5. *Elsev.* — μὴ τὰ ἑαυτῶν ἕκαστος (A. B.

F. et al. ἕκαστοι) σκοπεῖτε (Griesbachius recte σκοποῦντες ex A. C. D. F. et aliis) ἀλλὰ καὶ τὰ ἑτέρων ἕκαστος (Griesbachius ex A. B. C. D. E. v. ἕκαστοι). Τοῦτο γὰρ φρονείσθω ἐν ὑμῖν, ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ (scil. ἐφρονεῖτο), ὃς κτλ. Ἕκαστοι in fine vs. 4. om. F. G. Vulg. Clar. al., ante τὰ ἑτέρων ponit Arm., post φρονείσθω collocant Cyr. et Theodotus ancyr. et sequentibus jungunt haud pauci h. m.: ἕκαστοι (ἕκαστος) τοῦτο φρονεῖτε etc. γὰρ] om. A. B. C*. 17. 37. al. φρονείσθω] A. B. C. D. F. G. 17. 37. al. φρονεῖτε. ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησȣ̃] Vulg. Clar. Germ. Syr. *quod et Christus Jesus* h. e. ὃ καὶ Χριστὸς Ἰησοῦς. Itaque hae lectiones plenae sunt et integrae. — ἀλλὰ καὶ τὰ ἑτέρων. Ἕκαστοι τοῦτο φρονεῖτε ἐν ὑμῖν (apud animos vestros), ὃ καὶ Χριστὸς Ἰησοῦς scil. ἐφρόνει ἐν ἑαυτῷ (haec scriptura intolerabili asyndeto laborat) et — ἀλλὰ καὶ τὰ ἑτέρων. Τοῦτο γὰρ φρονεῖτε ἐν ὑμῖν, ὃ καὶ Χριστὸς Ἰησοῦς (scil. ἐφρόνει ἐν ἑαυτῷ), ὃς etc. Vide etiam Griesbachium. Quid Lachmannus? Diversissimis lectionibus temere confusis verba edidit, quae intelligi nequeunt — ἀλλὰ καὶ τὰ ἑτέρων ἕκαστοι. Τοῦτο (malum hoc asyndeton esse supra monuimus) φρονεῖτε ἐν ὑμῖν, ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὃς etc. Verissima est lectio vulgata, nisi quod ἕκαστος (ἕκαστοι) in fine vs. 4. delendum est. Nam inde, quod in codicibus, qui φρονεῖτε habent, sic interpungi solet, ut turpe asyndeton oriatur — ἑτέρων. Ἕκαστοι τοῦτο φρονεῖτε Paulum φρονείσθω scripsisse et correctores, qui ἕκαστοι male ad versum 5. rettulissent φρονεῖτε posuisse clare intelligitur. Ceterum ἕκαστοι (ἕκαστος) post ἑτέρων cum F. G. Vulg. Clar. Boern. al. delendum est. Nam utrumque ex autecedentibus verbis ἕκαστος σκοποῦντες (al. ἕκαστοι σκοποῦντες) natum est et Pluralem quidem correctores invexisse videntur, qui usitatam syntaxin per duplicem Pluralem restituerent. Itaque hic locus ita scribendus est: — μὴ τὰ ἑαυτῶν ἕκαστος σκοποῦντες, ἀλλὰ καὶ τὰ ἑτέρων. Τοῦτο γὰρ φρονείσθω ἐν ὑμῖν, ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ (scil. ἐφρονεῖτο), ὃς κτέ. — Matth. 13, 4. *Elsev.* καὶ ἦλθε τὰ πετεινὰ καὶ κατέφαγεν αὐτά. Noli credere, alios legisse καὶ ἦλθον (sic B. D. L. al., quod ex ἐλθόντα natum est) τὰ πετεινὰ καὶ κατέφαγον αὐτά, quum *omnes codices*

κατέφαγεν praebeant. Imo vulgatam scripturam grammatici in hunc modum contraxerunt: *καὶ ἐλθόντα τὰ πετεινὰ κατέφαγεν αὐτά* (sic B. ap. Bentl. 13. 124. al.: vide supra p. 48.). **Lachmannus** igitur quum *καὶ ἦλθον τὰ πετεινὰ καὶ κατέφαγεν* (!) *αὐτά* ederet, scripturam vulgatam ejusque contractionem syntacticam male commiscuit. — Hebr. 9, 2. Elsev. — *ἥτις λέγεται ἅγια* quod (anterius tabernaculum) locus sanctus (Heiliges) vocatur. Scilicet templi judaici locus sacer *τὰ ἅγια* dici solet Ex. 29, 30. Lev. 10, 4. Num. 4, 12. | A. D*. E. *ἥτις λέγεται ἅγια ἁγίων*. D. E. lat. *sancta sanctorum*. Hi librarii sacrum templi locum cum loco templi sanctissimo aut ipso templi adyto (*τὰ ἅγια τῶν ἁγίων* Num. 4, 19.) confuderunt. Recepit hanc lectionem **Lachmannus** ita nimirum interpunctam: — *ἥτις λέγεται ἅγια. ἁγίων*. (!!) Hoc quidnam sibi velit ne Oedipus quidem dixerit. Joh. 8, 25. *Elsev.* *Ἔλεγον οὖν αὐτῷ· σὺ τίς εἶ*, [*καὶ*] *εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς. τὴν ἀρχὴν ὅ, τι καὶ λαλῶ ὑμῖν*. Judaei Jesum interrogant: ecquis tu es? Respondet iis Jesus: sum a rerum primordiis (cf. Joh. 1, 1.) ea natura, quam me esse vobis etiam profiteor. **Lachmanni** interpunctio: — *εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς Τὴν ἀρχὴν ὅ τι καὶ λαλῶ ὑμῖν;* sensu destituta est. — Gal. 2, 15 sq. **Lachmannus** sic distinxit, ut eum Pauli disputationem plane non intellexisse appareat: *Ἡμεῖς φύσει Ἰουδαῖοι, καὶ οὐκ ἐξ ἐθνῶν ἁμαρτωλοί, εἰδότες δὲ ὅτι οὐ δικαιοῦται ἄνθρωπος ἐξ ἔργων νόμου, ἐὰν μὴ διὰ πίστεως Χριστοῦ Ἰησοῦ. Καὶ ἡμεῖς εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν ἐπιστεύσαμεν, ἵνα δικαιωθῶμεν ἐκ πίστεως Χριστοῦ καὶ οὐκ ἐξ ἔργων νόμου, ὅτι ἐξ ἔργων νόμου οὐ δικαιωθήσεται πᾶσα σάρξ.* Imo colon post *ἁμαρτωλοί·* et virgula post *Ἰησοῦ Χριστοῦ* locari debet. Haec enim Paulo dicenda sunt: nos natalibus Judaei sumus, non homines pravi, qui a paganis genus ducamus; sed quum sciamus, non probari Deo ullum, nisi per *fidem* Jesu Christo habitam, *nos* quoque (qui natalibus *Judaei* simus) fidem Christo adjunximus, ut per *fidem* in Christo repositam Deo probaremur —. Hebr. 10, 1. *Elsev.* *Σκιὰν γὰρ ἔχων ὁ νόμος τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, οὐκ αὐτὴν τὴν εἰκόνα τῶν πραγμάτων κατ' ἐνιαυτὸν ταῖς αὐταῖς θυσίαις, ἃς προσφέρουσιν εἰς τὸ διηνεκές, οὐδέποτε δύναται τοὺς προσερχομένους τε-*

λειῶσαι. ἃς] om. A. 2. 7.* 17. 47. Arm. αἷς D*. 73. al. εἰς τὸ διηνεκές, οὐδέποτε] A**. 31. Slav. 7. ant. εἰς τὸ διηνεκές, αἳ οὐδέποτε. δύναται]A. C. 47. Slav. 7. ant. et multi alii δύνανται. Vulgatam scripturam acute defendit Saxonum synodus in libro: Wie Hr. D. Tholuck die h. Schrift erklärt, wie er beten lehrt und dichtet. Vorträge in einer sächsischen Predigerconferenz gehalten. Leipz. 1840. p. 23 et 24. Scilicet simplicem et quae epistolae ad Hebraeos ingenio respondeat syntaxin praestat. Deinde loco Hebr. 7, 19. οὐδὲν γὰρ ἐτελείωσεν ὁ νόμος defenditur. Postremo variantes lectiones partim error, partim correctores invexisse videntur. Nam quum librarii post προσφέρουσιν per negligentiam δύνανται pro δύναται exarassent, ut constructioni succurrerent et ἃς deleverunt et αἳ ante οὐδέποτε adjecerunt, Nominativum autem σκιὰν γὰρ ἔχων ὁ νόμος τῶν μελλόντων ἀγαθῶν *absolutum* esse crediderunt i. q. σκιὰν γὰρ ἔχοντος τοῦ νόμου τῶν μελλόντων ἀγαθῶν (cf. comment. m. ad Mr. 9, 20. et Wineri gr. p. 168.): Σκιὰν γὰρ ἔχων ὁ νόμος (i. q. ἔχοντος τοῦ νόμου) τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, οὐκ αὐτὴν τὴν εἰκόνα τῶν πραγμάτων κατ᾽ ἐνιαυτὸν ταῖς αὐταῖς θυσίαις προσφέρουσιν εἰς τὸ διηνεκές, αἳ οὐδέποτε δύνανται τοὺς προσερχομένους τελειῶσαι. Si quis tamen ei rei multum tribuerit, quod δύνανται in *multis* codicibus invenitur, ei neque ἃς, quod paucissimi omittant, delere neque αἳ ante οὐδέποτε, quod pauciores etiam adjiciant, addere, neque quidquam praeter δύναται mutare licet. Is igitur Nominativum ἔχων ὁ νόμος absolutum putabit et ad δύνανται cogitando addet οἱ προσφέροντες e προσφέρουσιν ductum: Σκιὰν γὰρ ἔχων ὁ νόμος (i. q. ἔχοντος τοῦ νόμου) τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, οὐκ αὐτὴν τὴν εἰκόνα τῶν πραγμάτων κατ᾽ ἐνιαυτὸν ταῖς αὐταῖς θυσίαις, ἃς προσφέρουσιν εἰς τὸ διηνεκές, οὐδέποτε δύνανται (scil. οἱ προσφέροντες) τοὺς προσερχομένους τελειῶσαι. Sed hanc syntaxin pro epistolae ad Hebraeos indole contortiorem esse nemo est quin sentiat. Lachmanniana autem hujus loci lectio et distinctio plane absurda est: Σκιὰν γὰρ ἔχων ὁ νόμος τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, οὐκ αὐτὴν τὴν εἰκόνα τῶν πραγμάτων. Κατ᾽ ἐνιαυτὸν ταῖς αὐταῖς θυσίαις προσφέρουσιν, εἰς τὸ διηνεκὲς οὐδέποτε δύνανται τοὺς προσερχομένους τελειῶσαι.

Priusquam hunc libellum concludam, Lachmannianos codices foedis interpolationibus contaminatos esse nonnullis exemplis planum faciam.

VI.

INTERPOLATIONES A LACHMANNO SUSCEPTAE.

Act. 4, 25. Els. — *ὁ διὰ στόματος Δαβὶδ τοῦ παιδός σου εἰπών.* Nihil in his verbis, quibus interpolatores gravissimas injurias intulerunt, mutandum est, nisi quod *τοῦ* cum Griesbachio deleri debet. Praeterea Lucas fortasse scripsit *παιδός σου Δαυΐδ.* Quamquam major codicum pars *Δαυὶδ παιδός σου* praebet. Jam interpolatores et Deum *spiritu s. interprete usum* per Davidem loquutum esse adjecerunt (Barber. 2. *ὁ διὰ στόματος Δαυὶδ παιδός σου ἐν πνεύματι ἁγίῳ εἰπών.* Syr. Copt. Slav. 7. *ὁ διὰ πνεύματος ἁγίου διὰ στόματος Δαυὶδ παιδός σου εἰπών*), et Davidem iis, quos Lucas loquentes induceret, *gentis auctorem* fuisse observarunt (Hilar. Aug. *ὁ διὰ στόματος τοῦ πατρὸς ἡμῶν Δαυΐδ τοῦ ἁγίου παιδός σου εἰπών.* Arm. *ὁ διὰ στόματος τοῦ πατρὸς ἡμῶν Δαυὶδ παιδός σου διὰ πνεύματος ἁγίου εἰπών.* Iren. Erp. al. *ὁ διὰ πνεύματος ἁγίου διὰ στόματος τοῦ πατρὸς ἡμῶν Δαυὶδ παιδός σου εἰπών.*), et Davidem aut ipsum *virum sanctum* fuisse, aut eum *sanctum os* habuisse pie monuerunt (Hilar. Aug. *ὁ διὰ στόματος τοῦ πατρὸς ἡμῶν Δαυὶδ τοῦ ἁγίου παιδός σου εἰπών.* 18. *ὁ διὰ τοῦ ἁγίου στόματος Δαυὶδ τοῦ παιδός σου εἰπών.*). Lachmannus ex A. E. al. edidit: *ὁ τοῦ πατρὸς ἡμῶν διὰ πνεύματος ἁγίου στόματος Δαυεὶδ παιδός σου εἰπών!* In hac lectione nonnullae earum, quas dixi, interpolationum cum summa verborum perturbatione ita commistae sunt, ut verba neque strui neque verti possint. — 2 Cor. 1, 20. Elsev. *Ὅσαι γὰρ ἐπαγγελίαι θεοῦ, ἐν αὐτῷ τὸ ναὶ καὶ ἐν αὐτῷ τὸ ἀμήν, τῷ θεῷ πρὸς δόξαν δι' ἡμῶν* h. e. *nam quotquot sunt Dei promissa, per eum* (Christum) *fit illorum ad eventum adductio* (*τὸ ναί*, das *Ja*), *et quidem certissima ad effectum adductio* (*τὸ ἀμήν*, das *factische* Ja, das Amen), ita ut Deo laus paretur per me i. q. nam quotquot sunt Dei promissa, per Christum ea rata fiunt, et quidem certissime etc. Minime verba *ἐν αὐτῷ* et *δι' ἡμῶν* sibi repugnant. Scilicet Dei promissa *per Christum* (*ἐν*

αὐτῷ) rata fiunt idque Deo in laudem cedit *meo Apostoli interventu* (δι᾽ ἡμῶν). Christus efficit, ut Dei promissa eventum habeant: Pauli interventu, qui Corinthiis doctrinam christ. tradidit, Deus a Corinthiis celebratur, quod sua promissa per Christum rata esse voluerit. Si Corinthii a Paulo non instituti fuissent, et Dei promissa ignorarent neque ea *per Christum* eventum habuisse scirent neque Deum laudare possent propterea, quod sua promissa per Christum rata esse jussisset. Aptissima sunt etiam verba τῷ θεῷ πρὸς δόξαν. Nam si Dei promissa per Christum ad eventum adducuntur, rectissime *Dei veracitas* laudatur. Lachmannus, cui Rueckertus et Meyerus accessit, ex A. B. C*. et multis aliis dedit: ὅσαι γὰρ ἐπαγγελίαι θεοῦ, ἐν αὐτῷ τὸ ναί. *Διὸ καὶ δι᾽ αὐτοῦ τὸ ἀμὴν* τῷ θεῷ πρὸς δόξαν δι᾽ ἡμῶν. Haec a criticis olim recte neglecta lectio manifesta interpolatio est ex eo nata, quod librarii τὸ ἀμήν doxologicum esse, quod in sacris conventibus corona cecinit (v. 1 Cor. 14, 16.), temere opinati sunt (Syrus, Pelagius al.: ideo *per ipsum-dicimus Amen ad gloriam Dei*). Jam ut scribae illud amen doxologicum nanciscerentur, ante τὸ ἀμήν novam sententiam ordiri debuerunt. Itaque verbis ἐν αὐτῷ τὸ ναὶ periodum clauserunt et ut sententiae vinctae essent διό inculcarunt: — ἐν αὐτῷ τό ναί. *Διὸ* καὶ δι᾽ αὐτοῦ τὸ ἀμὴν τῷ θεῷ πρὸς δόξαν δι᾽ ἡμῶν h. s.: nam quotquot sunt Dei promissa, per Christum est eorum ad eventum adductio (das *factische* Ja). Hinc etiam per Christum amen doxologicum est in sacris conventibus Deo in laudem per me h. e. hinc etiam per Christum amen canimus in sacris conventibus, quo Deus celebretur, per me. Praeterea Lachmanni scriptura duobus vitiis laborat. Scilicet pro ἐν αὐτῷ habet δι᾽ αὐτοῦ, certissimum glossema, neque δι᾽ αὐτοῦ et δι᾽ ἡμῶν in una eademque sententia ferri possunt. Nam alterum altero tollitur. Senserunt hoc nonnulli. Itaque δι᾽ ἡμῶν expunxerunt (1. Vulg. Pel. Fulg.). — 2 Cor. 12, 5—7. Els. Ὑπὲρ τοῦ τοιούτου καυχήσομαι, ὑπὲρ δὲ ἐμαυτοῦ οὐ καυχήσομαι, εἰ μὴ ἐν ταῖς ἀσθενείαις μου. Ἐὰν γὰρ θελήσω καυχήσασθαι, οὐκ ἔσομαι ἄφρων· ἀλήθειαν γὰρ ἐρῶ· φείδομαι δέ, μή τις εἰς ἐμὲ λογίσηται ὑπὲρ ὃ βλέπει με, ἢ ἀκούει τι ἐξ ἐμοῦ. Καὶ τῇ ὑπερβολῇ τῶν

ἀποκαλύψεων, ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι, ἐδόθη μοι σκόλοψ τῇ σαρκί, ἄγγελος σατᾶν, ἵνα με κολαφίζῃ, ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι. Hunc locum **Lachmannus** ita et scripsit et interpunxit: *ὑπὲρ τοῦ τοιούτου καυχήσομαι, ὑπὲρ δὲ ἐμαυτοῦ οὐ καυχήσομαι, εἰ μὴ ἐν ταῖς ἀσθενείαις* (*μου* expunxit cum D*. 67.** Syro Copt. Arm. Clar. Germ.) (*ἐὰν γὰρ θελήσω καυχήσασθαι, οὐκ ἔσομαι ἄφρων· ἀλήθειαν γὰρ ἐρῶ· φείδομαι δέ, μή τις εἰς ἐμὲ λογίσηται ὑπὲρ ὃ βλέπει με ἢ ἀκούει* [*τι* male delevit, v. supra p. 38.] *ἐξ ἐμοῦ*) *καὶ τῇ ὑπερβολῇ τῶν ἀποκαλύψεων. Διὸ ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι, ἐδόθη μοι σκόλοψ τῇ σαρκί, ἄγγελος σατανᾶ, ἵνα με κολαφίζῃ* [, *ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι*]. Vulgata lectio sanissima est. Nam verba *ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι*, quae **Lachmannus** ut suspecta uncis circumdedit, glossatores sustulerunt, quum ea supervacanea judicassent (desunt in A. D. E. F. G. et multis aliis). At de industria Paulus ea iteravit, ut sententiam iis enuntiatam lectoribus inculcaret; vide de hoc schemate (apodosis duplex dici solet) not. ad Matth. 5, 18. Deinde lectionem *διὸ ἵνα* error peperit eorum, qui verba *καὶ τῇ ὑπερβολῇ τῶν ἀποκαλύψεων* absurde cum vs. 6. junxissent, h. m.: ne quis juste honorificentius de me existimet *etiam per eximiam vim institutionum, quae praeter naturae legem divinitus mihi contigerunt.* Itaque ne nova sententia copula careret (*Ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι κτλ.*), interpolatores *διό* addiderunt (*Διὸ ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι κτλ.*). **Lachmannus** autem non solum hanc ex errore natam interpolationem recepit, verum etiam locum perverse interpunxit. Nam quum versum sextum male in parenthesin conjecisset, mire verba sic copulavit: — *εἰ μὴ ἐν ταῖς ἀσθενείαις* [*μου*] *καὶ τῇ ὑπερβολῇ τῶν ἀποκαλύψεων* scil. *καυχήσομαι.* — 1 Cor. 8, 7. Els. *Ἀλλ' οὐκ ἐν πᾶσιν ἡ γνῶσις· τινὲς δὲ τῇ συνειδήσει τοῦ εἰδώλου ἕως ἄρτι ὡς εἰδωλόθυτον ἐσθίουσι, καὶ ἡ συνείδησις αὐτῶν ἀσθενὴς οὖσα μολύνεται.* H. l. codices sic variant: *τῇ συνειδήσει*] *τῇ συνηθείᾳ* A. B. 17. 46. 67.** 80. Copt. Aeth. Syr. p. in m. Damasc. *τοῦ εἰδώλου ἕως ἄρτι*] *ἕως ἄρτι τοῦ εἰδώλου* B. D. E. F. G. 31. 37. Mt. f. Syr. Arm. Vulg. ed. It. Bas. Theodoret. Patr. lat. **Lachmannus** edidit *τινὲς δὲ τῇ συνηθείᾳ ἕως ἄρτι τοῦ εἰδώλου ὡς εἰδωλόθυτον ἐσθίουσι κτλ.*, scripturam **Griesbachio**, **Rinkio**

Lucubr. crit. p. 145. et **Rueckerto** probatam. At τῇ συνειδήσει a Paulo profectum esse longe certissimum est. Nam τῇ συνηθείᾳ τοῦ εἰδώλου aut *correctores* invexerunt, qui quidnam ἡ συνείδησις τοῦ εἰδώλου sibi vellet non percepissent, aut *glossatores*, ut *pietatem in deos fictitios* (τὴν συνείδησιν τοῦ εἰδώλου) Christianis, qui olim pagani fuissent, *ex usu, qui iis cum diis fictitiis intercessisset,* natam esse docerent. Nunc quaeritur, utrum τῇ συνειδήσει ἕως ἄρτι τοῦ εἰδώλου, an τῇ συνειδήσει τοῦ εἰδώλου ἕως ἄρτι scribendum sit. Praefero posterius his argumentis motus: I. lectio ἕως ἄρτι τοῦ εἰδώλου grammaticis structuram monstrantibus deberi videtur. Nempe verborum ἕως ἄρτι ante τοῦ εἰδώλου collocatione ἕως ἄρτι non cum verbo ἐσθίουσι cohaerere, sed cum vocabulis τῇ συνειδήσει τοῦ εἰδώλου arcte jungendum esse indicarunt. II. verba τῇ συνειδήσει τοῦ εἰδώλου multo melius componuntur, quam vocabulorum interjectione divelluntur. De singulis verbis haec accipe: ἡ συνείδησις τοῦ εἰδώλου *conscientiam majestatis idoli, quod et sit et res humanas potenter gubernet*, ergo *reverentiam idoli*, *pietatem in idolum* designat, quemadmodum 1 Petr. 2, 19. συνείδησις θεοῦ *conscientiam majestatis divinae*, *Dei reverentiam*, *pietatem in Deum* notat. Dativus τῇ συνειδήσει dativus *causae* est. Significat igitur τῇ συνειδήσει τοῦ εἰδώλου *propter pietatem in deum fictitium.* Vocabula ἕως ἄρτι cum verbo ἐσθίουσι copulari possunt: *usque ad hoc temporis punctum comedunt;* sed melius cum verbis τῇ συνειδήσει τοῦ εἰδώλου arctissime consociantur, ut τῇ συνειδήσει τοῦ εἰδώλου ἕως ἄρτι idem sit, quod τῇ συνειδήσει τοῦ εἰδώλου τῇ ἕως ἄρτι (cf. Gal. 1, 13.) *propter eorum usque ad hoc temporis momentum perdurantem in deum fictitium pietatem*, wegen ihrer bis jetzt fortdauernden frommen Scheu vor dem Götzen. Postremo ὡς eam vim habet, qua Paulus voculam Rom. 9, 32. posuit (ubi v. not.). Itaque Paulus haec dicit: at non omnibus ea, quam dixi, prudentia est (scil. ut unum Deum, non plures deos esse intelligant, cf. v. 4—6.); nonnulli potius propter pietatem in deum fictititium, qua usque ad hoc temporis momentum ducuntur, idolo consecratas carnes comedere sibi videntur eorumque conscientia, quippe infirma, contaminatur (scil. cultu idolis,

ut ipsis videtur, praestito, quem homines christianos iis praestare nefas esse sentirent.).

Sed haec nunc quidem hactenus. Superest, ut qua laeta re provocatus hunc libellum ediderim, exponam. Evocavit me Rostochio et Theologiae evangelicae professionem in hac illustri Academia clementissime mihi demandavit Serenissimus Princeps, *Ludovicus secundus*, Pater patriae. Hanc provinciam Idibus Novembribus hora XI. sollemniter more majorum gratiarum actione votorumque nuncupatione suscipiam, quum de statu et officio Theologi hac tempestate dixero. Quam orationem, ut Rector Academiae Magnificus, Decani maxime Spectabiles, Professores et Doctores omnium ordinum Amplissimi, Commilitones Humanissimi et omnes Viri Docti literarumque amantes benevole audiant, humanissime eos rogatos volo.

CORRIGENDA.

P. 3. l. 36. lege: Nur diese (*eine* auf nichts anders als Ueberliefertes gegründete Herstellung der ältesten Lesart), durchaus aber nicht u. s. w. p. 8. l. 22. l. *summo* pro *suo*. p. 12. l. 3 post Laudianus excidit *qui* et p. 13. l. 5. *attulit* ante *nisi*. Ibid. l. 15. l. Orig*e*ne. p. 14. l. 4. tolle virgulam post Quin etiam. p. 16. l 13. excidit *esset* post translatio. p. 17. l. 35. l. *di*scessit pro *re*cessit. p. 28. l. 8. l. qu*u*m pro qu*a*m. p. 19. l. 20. dele *τοῦ* ante *θεοῦ*. p. 20. l. 6. excidit *τὸ* post *παραδῶ*. Ibid. l. 27. l. reper*irent*ur pro reperiuntur et l. 28. *ἵνα καυθήσωμαι*. — p. 22. l. 6. l. *ὡς*. p. 23. l. 34. l. ominari pro omninari. p. 26. l. 29. l. *μὴν* pro *μή*. p. 38. l. 27. l. *διεμαρτύρατο* pro *διεμαρτύρετο*.
